DE IMAGINE SS.MI SALUATORIS IN BASILICA AD SANCTA SANCTORUM...

Giuseppe Maria Soresino

SORESINVS

DE

IMAGINE

SS.MI SALVATORIS

Ad Sancta Sanctorum.

DE IMAGINE SS.MI SALVATORIS

In Basilica ad Sancta Sanctorum custodita

OPVSCVLVM

AVTHORE

IOSEPHO MARIA SORESINO ROMANO

Proth. Apost. I.V.D. Benef. Presbytero Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ, ac in eadem, præsenti anno Iubilei, Extraordinario Pœnitentiario.

ROMÆ, Apud Lazzarum Varesium. 1675.

SVPERIORVM PERMISSV.

ILLVSTRISSIMO DOMINO

DOMINO MEO COLENDISS.

D. IORDANO BVCCABELLÆ

Patritio Romano.

OPvs hoc de Imagine SS. Saluatoris in Basilica ad Sancta Sanctorum à fidelibus culta, sedula industria, & accurata diligentia compositum, cum ex typographia mea in lucem prodeat, ad Te Illustriss. Dom. iure optimo properat, tibiq; iure merito debetur; Maiores enim tui in ipsius Sacræ Iconis obsequium ingenitum animum habuere semper, etenim vehementer erga illam æstu religiosæ charitatis maximoperè exarserunt. Hinc est quod vetustissimæ Sodalitati Recommendatorum eiusdem Sacratissimæ Imaginis nonnulli Buccabellæ Familiæ adscripti reperiuntur, & prætermissis Petro, & Iacobo de Buccabellis, ac Paulo eius nato egregijs equidem Viris, quos memorat manuscriptus Codex celeberrimæ Bibliothecæ Eminentiss. Card. Chisij

 Ar-

Archipresbyteri Lateranensis vigilantissimi (*De Sanctis Sanctorum , &c. fol.23.*) hos sequentes dumtaxat rememorabo , videlicet : Lucam Nannolum de Buccabellis ipsius Societatis emeritissimum Guardianum , quippè de anno 1418. 1420. & 1430. vt habetur ex manuscripto Catalogo Guardianorum eiusdem Sodalitatis in illius Tabulario asseruato, & à Benedicto Millino edito (*in Opusculo de Oratorio S. Laurentij fol. 195. & seq.*) Ioannem Angelum de Buccabellis ibidem anno 1495. Camerarium, Carolum de Buccabellis anno 1498. & Iacobum de Buccabellis anno 1509. itidem Camerarios , hosque etiam prædictus Catalogus recenset . (*Ex Millino ibid.fol.203.& seq.atque fol.206.*) Imò Tù ipse Illustriss. Domine, virtutum, doctrinæ, & dignitatis antecessorum tuorum successor, & possessor factus ; vsque de anno 1633. inibi Camerarius summa cum laude , ac integritate fuisti , & Guardianatum per integrum quinquennium præclarè gessisti , sicuti Millinus idem refert. (*inibi fol.219.*) Multa etiam bona relicta sunt à nonnullis Buccabellæ familiæ ipsius SS.Saluatoris Sodalitati, quapropter eadem Societas annuatim anniuersaria

mul-

multa concelebrat (*Ex libro Onerum Societatis SS.Saluatoris ad Sancta Sanctorum*) vtpote pro Philippa de Buccabellis filia Iacobi, & Ioanne eius nato in AraCæli, pro Margarita vxore Antonij de Buccabellis, & pro Petro de Buccabellis fratre Iacobi in Ecclesia S. Blasij regionis Campitelli, pro Iacobo de Buccabellis anno 1428. ibidem sepulto, pro Comitissa Buccabella Iacobi Sorore anno 1447. in eàdem Ecclesia humata, pro Ioanna Iacobi de Buccabellis vxore anno 1451. pro Paulo de Buccabellis anno 1463. in Aræcæli præfato Templo sepulto, pro Iacoba de Militibus vxore Pauli de Buccabellis anno 1476. pro Faustina coniuge Caroli de Buccabellis sepulta in Ecclesia S. Mariæ supra Mineruam anno 1488. pro Alexandra Pontana vxore Laurentij de Buccabellis ibidem sepulta anno 1490. ac denique pro Lucretia Buccabella vxore Pauli de Butijs ibidem pariter anno 1508. sepulta. In Sacrosancta, ac venerabilissima Lateranensi Ecclesia, cui Basilica ipsa ad Sancta Sanctorum existit vnita, Canonicalem etiam præbendam duo eximij viri tuæ Illustriss. stirpis retinuere, nimirum Ioannes Iacobus de Buccabellis

Rhetor, & poeta celeberrimus, qui carus omnibus mortalitatem exuit anno 1463. sicuti legitur apud Georgium Fabritium (*in sua Roma fol. 263.*) & præforibus Ecclesiæ Aræcæli humatus; & Nicolaus anno 1377. veluti Chisianæ Bibliothecæ prædictus manuscriptus affert (*de Can. S. Io.*) & fortasse Nicolaus iste fuit ille Lelli de Buccabellis filius; cuius pietatem, ac Religionem erga Sacratissimum Lateranense Templum testatur lapideum monumentum in eo, anni 1365. nouæ ædificationis ergo exinde amotum, & à Te denuò eo loci repræsentatum; quodque refert recol. mem. Cardinalis Rasponus in suo celeberrimo tractatu de Basilica Lateranensi (*lib. 1. cap. 7. fol. 38. in princ.*) Columnam enim ad eiusdem Lateranensis Ecclesiæ combustæ fulcimentum deuotissimè erexit. His publicis nominibus quibus Tibi congruè, & rectè Opus hoc conuenire iudicaui, meæ ad id priuatæ rationes accedunt, vt scilicet animum erga Te gratum significarem, quantumque obsequij, & reuerentiæ meæ cum Buccabella Familia sustineam posteris contestari possim, cuius quidem nobilitatem testatur Ioannes Petrus Scriniarius Ciuis Romanus, &

No-

Notarius publicus de annò 1350. (*in Chronica, siue historia ms. rerum notabilium Romæ quam ex libro Andreæ Pauli Alexij de origine Familiarum Romanarum Illustrium, & antiquarum recollexit*) dicens : Buccabelli antiqui sunt, & Nobiles, & condiderunt Ecclesiam S. Blasij prope Capitolium, quod Octauius Pancirolus (*in Opere nuncupato : Tesori nascosti fol. 247.*) etiam affirmat, quapropter in ea Ecclesia multæ spectabantur de Buccabella Familia sepulcrales inscriptiones, vsque de anño 1004. sed tamen iniuria temporum ferè omnes desiderantur. Adest itidem in Venerabili Basilica S. Laurentij in Damaso huius Familiæ de Buccabellis peruetustum monumentum ; Supradictus autem Scriniarius præterea (*ibidem*) scripsit : Multæ Familiæ Romanæ acceperunt altera cognomina ex causa adoptionis, aut propter adhærentiam alicuius Familiæ, &c. Bubali dicti sunt de Cancellarijs, &c. Nannoli de Buccabellis, de quorum vetustissima antiquitate, ac nobilitate haud loquor, clarissimique generis proceres consultò præteribo, nè prolixam suscipiam orationem ; at nè omnino silentio res transigatur, nonnullos solummodo recen-

cen-

censebo scilicet. Lellum Sabellum de Buccabellis, qui numerabatur inter viuos anno Domini 1029. vt habetur ex vetustissimo instrumento Lateranensis Tabularij (*in Arm. XV. litt.Z. num.7.*) quod per extensum in huiuscemodi Operis corpore legitur, Petrum de Buccabellis testem adhibitum in donatione integræ medietatis Castri Radicofani à Raynerio Abbate Monasterij S.Saluatoris de Monte Amiato ad fauorem Eugenij Papæ Tertij de anno 1152. (*Ex huiusmodi donationis exemplo Andreæ Scriniarij S.R.E.*) Rolandum de Ercule Buccabella itidem testem de anno 1157. traditionis duorum molendinorum à filijs Vgolini Comitis, Hadriano Quarto summo Pontifici factæ (*Ex altero eiusdem Scriniarij exemplo*), Galganum Buccabellam Cellerariũ dicti Papæ, qui anno 1159. recognouit quoddam Castrum iuris esse B.Petri, & fassus est illud habere in custodia (*Ex Cencio Camerario ms. de Censibus S.R.E.*) eiusque filij fuere Simon, & Gottifredus; Andream de Buccabellis Canonicum Basilicæ S. Mariæ Maioris Vrbis de anno 1266. sicuti apparet in Bulla Clementis Quarti in Archiuo eiusdem Basilicæ asseruata, (*Eamq;*

re-

refert Abbas de Angelis in descriptione ipsius Basilicæ lib. 3. cap. 7. fol. 40. in princ.) cuius initium est: Desiderijs vestris, & finis. Datum Perusijs x IV. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo; Dominicum Buccabellam, cuius vxor in S. Marcelli Ecclesia sepulta est anno Domini 1382. vbi ad pauimentum in medio Templi eiusdem figura cum Dominicæ corona leuiter marmori insculpta inspectatur; Antonium de Buccabellis Episcopum Ferentinum, Virum vitæ integritate, ac omni virtutum genere ornatum à vinculis mortalitatis absolutum anno Orbis redempti 1445. vti videre est apud Abbatem Vghellum; (*In Italia Sacra tom. 1. de Episcopis Ferentinis col. 728. num. 34.*) Marium, & Marcum Antonium Buccabellam in Ecclesia S. Nicolai è regione Monialium turris speculorum anno 1479. sepultos, vbi Emilius Buccabella inscriptionem cum vtriusque effigie posuit; Alexandrum de Buccabellis inter Excellentissimas Columnensium, & Vrsinorum Familias fœderis Authorem anno salutis 1497. veluti Sansouinus defert (*Hist. Fam. Vrsinæ fol. 127.*) Ludouicum Buccabellam, cui Teseus Aldrouandus S. Spiritus in Saxia Commendator

he-

heres ex testamento, nobile depositum fecit in Ecclesia S. Mariæ de Aracæli anno Iubilei 1575. prope Aram S. Helenæ, ac denique alterum Alexandrum Germanum fratrem Dominationis tuæ Illustrissimæ Sacræ Romanæ Rotæ Auditorem, Iurisconsultorum, ac ornatorum hominum gloriam, qui summa probitate, & decantata virtute, totius Buccabellæ Familiæ hic locum implet; Huius permotus meritis Vrbanus Octauus summus Pontifex, ipsum in Cardinalium numerum cooptasse palam profectò testatus fuit: dum inuida mors, cunctis nimirum luctuosa, eum oculis viuentium eripuit, & in Ecclesia Sanctimonialium Diuæ Annæ Vrbis quiescit. At quorsum hæc mea euagati sermonis, fandique libertas? cum sciam, Illustriss. Domine, congenitam tuæ modestiæ humilem indolem, qua Tua, Tuorumque præclara gesta abnuere soles, & reticere; hæc igitur consultò, sileo, & ad propositi institutum redeo. Meritissimè, atque iustissimè ad Te accedit Opus inquam cum præcipuè ad tuam loci huius venerationem palam faciendam munus Primi Guardiani Archiconfraternitatis Oratorij SS. Sacramenti magnificentissimæ Cap-

pel-

pellæ Excellentissimæ Domus Aldobrandinæ in præfata Lateranensi Ecclesia erectæ, propè Scalam Sanctam prompto, libentique animo suscepisti. Tù ergo illud animi mei testimonium beneficiorum memoriæ sacrum monumentum lubens accipe, & per Nestorea sæcula viue. Ex mea Typographia Kal. Decembris Anno Iubilei 1675.

Dominationis tuæ Illustrissimæ

Humillimus, ac deditissimus ser.

Iacobus Antonius de Lazzaris Varesius.

AV-

AVTHOR

Beneuolo Lectori salutem dicit.

Post Libellos de Scala Sancta ante Sancta Sanctorum culta, & de Capitibus SS. Petri, & Pauli olim ibidem asseruatis in lucem editos, nouum opus de Basilica ipsa ad Sancta Sanctorum nonnullis elaboratum vigilijs, aliquorum consilio etiam in publicum dare suasi sumus; sed quia illud, antequam elaberetur Annus Iubilei, vti desiderabatur, perficere non potuimus, siuè Choro huius Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ addicti, siuè fidelium ex toto terrarum Orbe confluentium Sacramentalibus Confessionibus excipiendis distracti, saltem de Icone SS. Saluatoris inibi magnificè, ac deuotissimè custodita ante huiuscemodi Anni Sancti finem aliquid edere coacti fuimus, qua de re cum in præcitato opere abundè actum fuerit, integrum ex illo Caput ad verbum excerpsimus quo ipsius sacræ Imaginis vetustissima traditio accurata licet breui dissertatione, quantum mea fert imbecillitas, disquiritur, ac stabilitur, opusculum scilicet non omnibus suis numeris absolutum, sed quod forsan alium præstantiorem authorem ad maiora, & illustriora (quæ hìc desiderantur) proferenda excitabit. Hanc itaque lucubrationem, historicæ potiùs veritatis claritate, quàm verborum elegantia ornatam si perlegere non dedignaberis Lector, & aliquid boni in eo repereris, precibus

Deum

Deum optimum redde propitium ijs omnibus , qui ad publicam vtilitatem conferunt suos labores , sin autem, vt faciliùs, è contra eueniet , scias quòd mihi in rebus istis,vt panem otiosum non comederem, satis fuit laborasse, vitam enim otiosam , viui hominis sepulturam esse certissimum est, nihilque existimo magis alienum à Viro Ecclesiastico, quam otio torpescere, quod cunctis vitijs fomentum præbet , propterea huiusmodi opuscula (si tempus , & vita suppetet) inter cætera promittimus , videlicet.

De varijs Appellationibus SS. Lateranensis Ecclesiæ .

De Archa Fœderis,& Virga Moysis, & Aaron in dicta Lateranensi Ecclesia asseruatis .

De Archiepiscopis, & Episcopis ex Lateranensi Ecclesia assumptis .

De Archipresbyteris Lateranensibus quod sub auspicijs Emin. Principis Cardinalis Chisij Archipresbyteri dignissimi in lucem edendum quamprimum speramus .

De Archipresbyterorum eorumdem Vicarijs ad hæc vsque tempora .

De Basilica SS. Marcellini, & Petri, via Lauicana, Lateranensi Ecclesiæ vnita .

De Canonicis Lateranensibus ad Pontificatum, & Cardinalatum euectis.

De Canonicis , & Beneficiatis Lateranensis Ecclesiæ ad nostra vsque tempora , rebusque ab ijs præclarè gestis .

De Canonizzationibus Sanctorum, & Coronatio-

tio-

tionibus Imperatorum in Sacrosancta Lateranensi Ecclesia peractis.

Chronologica Epitome rerum ad Lateranensem Ecclesiam spectantium.

De Collecta peculiari Lateranensis Ecclesiæ incipiente: Omnipotens sempiterne Deus, *& particulari Ritu celebrantium in ea.*

De Corporibus Sanctorum in Ecclesia S. Mariæ in fonte propè Lateranum repertis, sub Ara S. Venantij.

De Ecclesia S. Ioannis ante portam Latinam Lateranensi Ecclesiæ annexa.

De Ecclesijs peculiariter subiectis Lateranensi Ecclesiæ per vniuersum Orbem.

De Imaginibus miraculosis Lateranẽsis Ecclesiæ.

De Indulgentijs, ac Stationibus Lateranensis Ecclesiæ.

De Inscriptionibus olim, & nunc Lateranensi in Ecclesia existentibus.

Mantissa, siuè Appendix ad nostra Opuscula omnia.

De Mensa Cœnæ Christi Domini, & Ara Diui Petri in eadem Lateranensi Ecclesia existente.

De Miraculis in Sacrosancta Lateranensi Ecclesia patratis.

De Monumẽtis antiquis extantibus in Claustro Lateranensis Ecclesiæ.

De Nomenclatione Lateranensis Ecclesiæ.

De Oratorio Archiconfraternitatis SS. Sacramenti Lateranensis Ecclèsiæ propè Scalam Sanctam con-

constructo.

De Pontificibus, & Cardinalibus ex Laterano acceptis.

De Pontificibus, Cardinalibus, & Viris illustribus, qui in Lateranensi Ecclesia requiescunt.

De Primatu Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ.

De Reliquijs quæ die Sacratissimo Paschatis ex Altari Pontificio in Sacrosancta Lateranensi Ecclesia quotannis ostendi solent.

De Reliquijs omnibus Lateranensis Ecclesiæ, necnon Basilicæ ad Sancta Sanctorum.

De Sanctis, qui ex Lateranensi Canonica prodierunt.

De Scriptoribus Lateranensibus.

De Statu Lateranensis Ecclesiæ ante Innocentij X. reædificationem.

De Veneratione Summorum Pontificum, Imperatorum, & Regum in Sacrosanctam Lateranensem Ecclesiam.

De Viris Illustribus, qui ex nostro Collegio Beneficiatorum Lateranensium vsq; adhuc prodiere.

De Vultu sacro Saluatoris Lateranensis in Lateranensi apside culto.

Denique, ANNALES LATERANENSES, opitulante Deo, daturi sumus, quos in dies magno cum sudore, ac multis laboribus molimur, omnes scilicet Lateranensis Ecclesiæ annuos euentus memoratu dignos ab ipso constructionis exordio ad nostra vsque tempora. Interim prædictam historiam Basilicæ ad Sancta Sanctorum breui expecta, & Vale.

INDEX ALPHABETICVS

Authorum, ac Monumentorum.

A

ALbertus de Castro Veneto.
Ambrosius Landuccius.
Anastasius Bibliothecarius.
Andreas Cretensis.
Andreas Fuluius.
Andreas Victorellus.
Anonymus Antiquarius.
Anonymus Author Vitæ Gregorij IX. ms.
Antonius Sanctarellus.
Apocalypsis.
Archangelus Caraccia.
S. Athanasius.
Augustinus Calcagninus.

B

BEda venerabilis.
Benedictus Canonicus ms.
Benedictus Millinus.
Idem ms.
Blasius Baronius de Cesena ms.
Breue Alexandri VII.
Clementis VI.
Bullæ Ioannis XXII.
Leonis X.
Martini V. &
Nicolai IV.

C

CÆsar Card. Baronius.
Cæsar Card. Rasponus.
Carolus Bartholomæus Piazza.
Cencius Camerarius ms.
Censualis Archiui Lateranensis ms & Codex.
Codex Vaticanus ms.
Codices Græci Vaticanæ Bibliothecæ ms.
Concilium Nicenum secundum.

D

DAuid Propheta.
Decreta Capituli Lateranensis ms.
Dominicus Ansossius.

E

EPistola S. Liberij Papæ, & Vrbani Quinti.
Eusebius Cæsariensis.

F

FLorauantes Martinellus.
Franciscus Grisendus.
Frãciscus Maria Phœbeus.
Franciscus Maria Turrigius.

G

GEorgius Cassandrus.
Guilielmus Gumppenberg.

Ia-

I

IAcobus de Albericis.
Iacobus Gretserius.
Instrumentum antiquissimũ Archiui Lateranensis.
Inuentarium Sacristiæ Lateranensis.
Ioannes Antonius Brutius ms.
Ioannes Diaconus Lateranensis ms.
Ioannes Giacchettus.
Ioannes Seueranus.
Iosephus Matraia.
S. Iræneus.
Isaias Propheta.
Iulius Valentinus ms.

L

LEonardus Nardonus ms.
Libellus Bibliothecæ Vaticanæ ms.
Liber introituum, & exituũ Lateranensis Ecclesiæ antiquus
Libri nuncupati: Della Massa minuta in Archiuo Lateranensi.

M

MS Archiui Lateranẽsis.
Ms. Monasterij SS. Sixti, & Dominici Vrbis, antiquus
Marsilius Honoratus.
Megistus Bibliothecarius ms
Melchior Inchofer.
Michael Iustinianus.
Missale antiquum ms.
Monumenta Lateranensis Ecclesiæ ms.

N

NIcephorus Calixtus.
Nicolaus Maniacutius ms.
Nicolaus Processi ms.
Nicolaus Signorilis ms.

O

ODoricus Raynaldus.
Onuphrius Panuinius ms.

P

PAulus de Angelis.
Petrus Cluniacensis.
Petrus Fuluius.
Petrus Glossator ms.
Petrus Leo Casella ms.
Protocollum Instrumentorũ Archiui Lateranensis.
Protocollum Instrumentorum Archiui Societatis ad Sancta Sanctorum.
Prouerbiorum.

R

RItualia antiqua Bibliothecæ Vaticanæ ms.
Rodinus Cyprius ms.

S

SEuerinus Binius.
Sigebertus.
Stephanus Infessura ms.

T

TAbula Magna Lateranensis ms.

In Sacram

SALVATORIS IMAGINEM,

Quam ad Sancta Sanctorum pius Populus veneratur,

IOSEPHO ABBATE SORESINO,

Diuersas de eiusdem origine, ac translatione opiniones, optimè, ac sapienter conciliante.

LEONIS BATTELLI ROMANI,

Clerici Benef. Lateranensis.

CARMEN.

HIc, vbi marmoreum deflexo poplite limen,
Sacratosque terit Gens Deo amica gradus:
Hic, SALVATORIS populo sublimis Imago,
Pectoris, atque precum voce, colenda patet.
Maiestas cælestis inest, grauitasque suprema,
Et diuina refert cælicus oris honor.
Terrori admixtum iaculantur lumina amorem,
Vt timeatur, auet, vult vt ametur Amor.
Quis color humano, quæue ars molimine dextræ
Expressit viuis tam pia membra notis?

Si

Si ſcire exoptas , Soreſinum *conſule, doctis*
Differit eloquijs diſcere quidquid amas .
LVCAE opus eximium, nec ſoli gloria LVCAE ,
Perfeciſſe quidem dummodo lucis opus .
Prima manus LVCAE, ſuperum poſtrema Miniſtri;
Artificeſque duos viua figura canit .
Humano cæpta eſt animari pollice Imago ;
Angelicam decuit perſoluiſſe manum .
Vt raperet, flammiſque daret, LEO concitus ira eſt ,
Erepta eſt iræ, tradita Imago mari .
Aequoreis immerſa vadis vel naufraga , Portum
Eſt ſortita , ſibi facta tabella rates .
GERMANICI ſtudium, rabies furibunda LEONIS
Ne ſacrum, peragit , dilaceraret opus .
Ne varijs hominum , dubijſque refluctuet acta
Iudicijs , doctè iam Soreſinus *agit .*
Viderat hìc animos ſtudia in contraria verſos ,
Vnde Virum nutat pectore certa fides .
Ne fluat in dubium verax ſententia , Imago
Qua colitur, ſenſus conciliaſſe valet .
Ceu Boreas patulo volitantia nubila Cælo ,
Diſſipat, inde Poli lux radiata micat :
Sic Soreſinus *agit ; dubias, variaſque Virorum*
Conciliat mentes , nubila cæca fugat .
Vnde ſerenato veri eſt ſententia Cælo
Et Chriſti effigies, quæ ſit, & vnde, patet.
Sic populis ſincera fides , ſic redditur aſtris
Cultus , & Effigie Sanctior Orbe locus .
Gloria proh qualis , proh quanta reſurgit Ioſeph !
Pacifer eximius fœdera pacis agit .

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

I. de Ang. Archiep. Vrb. Vicesg.

Imprimatur,

Fr. Raimundus Capisuccus Ord. Prædic. S.P.A. Magist.

IOSEPHVS MARIA SORESINVS

DE

Imagine Sanctissimi Saluatoris ad Sancta Sanctorum.

I. ANtiquitate venerabilem, ac ſpecie auguſtiſſimam, Sanctiſſimi Saluatoris Iconem in Baſilica ad Sancta Sanctorum, omnium mirifica Chriſti-fidelium deuotione aſſeruatam, & cultam modò expoſiturus, quantumque de ipſa ex veridicis monumentis percipitur, breuiter deſcripturus, enixè primò cum Regio Pſalmiſta dicam: *De vultu tuo* (Domine) *iudicium* Pſal. 16. verſ. 2.

meum prodeat, *oculi tui videant æquitates*, diuersimodè enim de illa aliqui scripsere, & ob longæuam vetustatem germanæ originis ipsius Sacrosanctæ Imaginis, vt verbis loquar Isaiæ Prophetæ, apud nonnullos *facta est veritas in oblivionem*, discrepantq; summoperè inter se Authores; At quia hos cunctos recensere valdè longum foret, ac cęteris fusiùs de eadem loquuti sunt Nicolaus Maniacutius Canonicus Regularis Lateranensis, Petrus Leo Casella, & Florauantes Martinellus, quibus Anastasium Bibliothecariũ superaddi posse Benedictus Millinus inquit, ideò præfatorum historias, at-

Isaiæ cap. 59 num. 15.

que

que opiniones, necnon prædicti Millini nouiſſimi de re iſta Scriptoris in medium afferam.

II. Maniacutius igitur, qui inter viuos æuo Alexandri III. numerabatur Dominicæ Incarnationis anno 1159. ad Summum Pontificatum euecti, refert Diuum Lucam à Beatiſs. Virgine, Sanctiſque Apoſtolis de hac Saluatoris glorioſiſſima Imagine pingenda requiſitum fuiſſe, & non ſine triduano eiuſdem Deiparæ, & prædictorum Apoſtolorum ieiunio, necnon aſſiduis orationibus opus incæpiſſe, primiſque dumtaxat ſuperductis lineamentis, diuinitus illicò abſolutum re-

Millinus in opusc. de Orator. ad S. Sanctor. c. 2. fol. 90. & seq. Maniacut. tom. 2. de vitis diuers. Sanctor. fol. 135. M. S.

perisse. Sequens est Maniacutij narratio, quam affert Millinus, & in S. Mariæ Maioris de Vrbe Tabulario legitur, videlicet: *Ad audiendam historiam Imaginis Saluatoris; quæ in sacro Lateranensi palatio, &c. Postquam autem Iesus susceptus est ab oculis eorum, reuersi sunt Apostoli Hierosolymam à Monte Oliueti, & ascenderunt in cænaculum; ibi manebant perseuerantes in oratione cum mulieribus, & Maria Matre Iesu, &c. scientes ergo Apostoli, futuros esse plurimos huius auidissimos visionis, ad eorum recreationem, & ardentis desiderij qualecunque solatium, communi statuere consilio; nimirum cælitus inspirati, vt dipingeretur admirabilis eius forma, dum*

ipsi

ipsi adhuc viuerent, qui hanc animo gerebant impressam. Erat tunc inter eos Lucas Euangelista, qui totius Mundi victimam vituli specie repræsentat. Iste cogitur ad hoc opus; quia vtpotè Græcus in pictoria arte erat præcipuus. Quod quidem ipse aggredi verebatur, nisi Sancti Apostoli cum gloriosa eiusdem Saluatoris Matre Maria ad id congruè peragendum, & triduano ieiunio eum prosequi, & continuis precibus promisissent, &c. Sed diuina manus humanum prauènit studium, & opus discipuli præsumpsit cura Magistri, &c. cum enim per manus præfati Euãgelistæ tãtùm designata foret, et necdum essent colores adhibiti; repentè inuẽta est eadem gloriosa Saluatoris Imago, stupendo

admodum decore præfulgens; vtpotè non humano opere, sed ineffabili diuina virtute peracta, &c. Quod præclara Virgo Maria, Sanctique Apostoli contemplantes, omni gaudio spirituali repleti, multis modis Domino gratias pariter retulerunt, &c. Hactenus Maniacutius. Hæc autem narratio Millino haud placet, cũ eius originem eodem ab authore trahere ipse existimet, in cuius rei testimonium, alteram idem Millinus narratiunculam affert de quadam Beatissimæ Virginis Imagine relatam per Turrigium, prędictę SS. Saluatoris non absimilem, ideoque eiusdem Maniacutij calamo primò exaratam esse autumat.

Milinus loco cit. fol. 89 & 93.

Idem ibidem fol 92. & seq. Turrigius in opere cuius tit. Historia della Vener. Imagine di Maria Verg. posta nella Chiesa di SS Sisto, e Domenico cap 1 fol 2. ex m s. eiusdem Monasterij.

Sed

III. Sed hæc traditio proculdubio non eo viuente, recens, nouaque mundo apparuit, cum varia monumenta omni exceptione maiora circa illam ſæculis aliquibus ante Maniacutium extent, quæ nimirum ad Millini notitiam non deuenerunt ſi enim perueniſſent, vtique Millinus negatiuo argumento eam non oppugnaſſet: & primum (prætermiſſa Tabula Magna Lateranenſi, cui ſidem vetuſtas ipſa conciliat, & quæ à S.Luca præfatam SS.Saluatoris imaginem miraculosè depictam aſſerit; necnon monumentis Lateranēſibus penès Martinellum; vtpotè vtriſque ab ipſomet Millino

Tabula magna Later. in Eccleſia Lateranenſi col. 2. §. in Cap. S.Laurentij. Monumenta Later. apud Florauantem Martinell. in Roma Sacra c. 9. fol. 152. § monumēta.

optimè visis) adducam verba pergameni Tabularij Lateranensis quem codicem eiusdem Maniacutij tempore nimia vetustate prope cõsumptum prędictus Alexander III. summus Pontifex renouari iussit, & nunc dictorum verborum nonnisi exilis vmbra apparet, suntque talia: *Super hoc altare est quædam Imago Saluatoris, mirabiliter depicta in quadã tabula, quam Lucas Euangelista designauit, sed virtus Domini Angelico perfecit opificio*. Eadem verba leguntur in manuscripto codice pergameno Ioannis Diaconi Lateranensis à se renouato, dicato eidem Pontifici, & cũ prædicto colligato. Itidem

Codex pergã. Later. m.s. in Arm. 10 cum catena f. l 16. in medio §. Et super.

Ioan. Diac. Lateran. m.s. fol. 47. post princ. §. Eodẽ

Me-

Megiſtus Abbas anno à Chriſto nato 844. ita ſcripſit de Stephano Papa III. *Baiulans imaginem Achiropictam Saluatoris, quam Lucas Euangeliſta incepit, ſed virtus diuina perfecit ituros, &c.* Quòd autem Beatiſs. Virginis, & Sanctorum Apoſtolorũ precibus Diuus Lucas eam fecerit, ex inſtrumento anno Domini 1029. confecto clarè conſtat, quod per extenſum inferiùs ſuo loco adducemus, in quo legitur: *Dono, do, concedo, atque offero Sanctiſſimo Saluatori, videlicet eius venerabili imagini, quam precibus B. Virginis, & BB. Apoſtolorum, S. Lucam cæpiſſe habetur, & virtutem Domini perfeciſſe, adque Ciuitatem Romæ miraculosè per-*

Megiſtus Bibliotb. apud Nicol. Proceſs in Cod Miſcellano m. ſ. in Bibliotb. Vatic fol. 12. col. 2.

Inſtrum. antiquiſs. aſſer. in Arcb. Lateran. in Armar. XV. ſig. litt. Z. n. 7.

peruenisse, in Basilica S. Laurentij de Palatio Laterani seruatæ, medietatem integram de domo, &c. Quibus inter cæteros adstipulari videntur, Nicolaus Signorilis, & Eminentiss. ac Reuerendiss. Dominus meus, olim Lateranensis Ecclesiæ Canonicus, & ipsius antiquitatum celeberrimus indagator, ac summæ virtutis vir Cæsar Card. Rasponus; Ille enim Martino V. summo Põtifice sedente scripsit, vt sequitur: *In Basilica verò ad Sancta Sanctorum est Imago Sacratissima Saluatoris, & Domini nostri Iesu Christi, quæ cum fuisset per B. Lucam Euangelistam ad postulationem B. Dei Genitricis Mariæ designata, fuit inde mira-*

Signoril. m. s. in Bibl. Vat. sign. n. 3526. tit de Relig. SS. Later. Eccles. fol. 55. à tergo.

ra-

raculosè depicta sine alterius manus appositione. Iste verò: *Prima omnium in Tabernaculo pro Altari cernendam se præbet Imago Saluatoris Christi Domini tertium, ac trigesimum annum agentis, quam vetusta fidelium pietas Euangelistæ Diui Lucæ manu recente adhuc conuersationis eius inter homines memoria, post ascensionem in Cælum expressam, dum accensis hic Virginis Matris & Apostolorum studijs obsequitur, eamdemque mox Angelico quoque artificio perfectam, &c.*

Rasponus de Basilica, & Patriarchio Later lib. 4. c. 15 fol 319. § Prima.

IV. Quare Antonius Sanctarellus refert, B. Virginem eã Imaginem suo in cubiculo asseruasse, & preces Deo coram illa effudisse, quemadmodum Albertus de Castro

Sanctarel. in opusc. nuncupato Trattato del Giubileo edito Romæ an. 1650 c. 17 dub. 3 fol. 226 post princ.

Alb. de Castro Veneto mist. 4. gloriosi. fol. 132. & seq. secund. edit.

ſtro Veneto Dominicanus conſcripſit in Opere nuncupato, Roſario, edito Venetijs anno 1564. ac iterum anno 1616. hiſce verbis: *Data la ſua audientia s'inginocchiaua dauanti alla figura del ſuo Figliuolo fatta miracoloſamente, e quello adoraua, e contemplaua perche era molto ſimile à lui, la qual figura è oggi in S. Giouanni in Laterano in Roma nella Cappella Sancta Sanctorum*; idque etiam teſtatur æuo Vrbani V. ſcriptor, nimirum noſter Proceſſi, vt ſequitur, ſic: *Vulgare eſt quod Beatiſſima Virgo Maria hanc SS. Imaginem Dõ. Saluatoris noſtri in proprio cubiculo cuſtodiuerit, atque ante ipſam orauerit, vt in gracis libris antiquiſſimis ego ipſe legi.*

Proceſs. m. ſ. in Vat. Biol in a. Codice miſ. cl. aiſcur. de Baſil. ad S Sanctorum, &c. fol. 43. col. 1.

Si

V. Si ergo ſupradicto inſtrumento centum, & triginta quatuor annis ante Maniacutium,& ex Megiſlo Abbate,& Bibliothecario 315. annis ante eundem eius traditionem impensè viguiſſe habemus,certè non facilè dicēdum à Maniacutio ſumpſiſſe initium cū luculentè pateat prædictum Maniacutium, quæ de hac Sanctiſſima Imagine ab alijs hauſit fideliter retuliſſe. Quòd autem S.Lucas multas Imagines depinxerit, & verè pictor fuerit, in huius rei teſtimonium plures authores imò, vt ita dicam, innumeros deducere poſsē, qui hanc veritatem expreſsè teſtantur; at ne ſæpiſſimè

acta

acta ab alijs iterum agamus, sufficient ij, qui à Millino recensentur, igitur ipsum consulat si quis, quod non credimus, dubius extiterit eius veritatis.

Millinus vbi sup fol 95. n. 50. et totum Casella in lib. m s. cuius titulus: Historia della Cappella e Compag. del SS Salua tore in Later. c. 8. asseruat. in Bibliotb. Barberina sign. n. 2008. Millin. eod. loco fol. 85. n. 45.

VI. Casella asserit, prout Millinus ipse refert, Imaginē hanc SS. Saluatoris ad Sancta Sanctorum, haud esse illam à Christo Domino, Abagaro Regi missam, Edessenam nūcupatam, sed eam Berithi, & eādem ipsam, quam Philippicus Generalis Mauritij, & Heraclius Augustus varijs temporibus, aduersùs Saracenos pugnantes, deferebant in bellis, feliciter de hostibus triumphaturi. Quòd non sit eadem, ac Edessena dilucidè pa-

patet, cum Imago Edeſſena, ex Edeſſa Conſtantinopolim aſportata fuerit ann. 944. veluti Cæſar Card. Baron. Melchior Inchofer, Ioānes Giacchettus, Auguſtinus Calcagninus, alijque referunt, atq; noſtra antea, Romam venit, nimirū tempore PP. Gregorij II. ſicuti ſuo loco dicetur, & anno 753. eadem in Baſilica, vbi nunc religioſiſſimè colitur, extitiſſe conſtat, nimirum quia Stephanus III. eam proceſſionaliter ad Exquilias deduxit, veluti ſupra dictum fuit, & infra fuſiùs enarrabitur, quare in hoc errorem Caſella minimè incurrit; At certè decipitur, quando opinatur hanc Sanctiſ-

Baron. Annal to. 10 an. 944 fol. 726 § ſub eadem, edit. Vatic.
Inchofer in Annal. Vngar. an. eod.
Giacchettus in Iconologia Saluatoris c. 2. fol. 9 & in Hiſt. S. Silueſtri de Capite c. 3. fol. 25. n. 6. in fine.
Calcagninus Imag. Edeſ. lib. 2. fol. 59. & 73.

ctissimam Saluatoris iconem, eādem prorsus esse, quæ Berithi in opprobrium à Iudæis crucifixa, lanceaq; compuncta, mox aquam, & sanguinē verum emisit, qui ægrotis corporibus, membrisque debilitate torpentibus, sanitatem, integritatemque prębebat. Primò quia hæc venerabilissima Imago non est in Crucifixi forma, & quod nō sit verè talis, ex eius angustia liquet, quæ dumtaxat trium palmorum latitudinis existit, cum altitudinis habeat palmos septem, quamobrem si extensa haberet brachia, maiorem proculdubio latitudinem requireret; secundo quia si de illa Berithi legitur,

obli-

obliuionis ergo in Christiani hominis domo relictam fuisse, hęc nostra cum sit satis alta prout diximus, non sic facile credendum ipsam oculos euasisse. Tertio ea Berithi à Nicodemo concinnata fuit, quemadmodum legitur in sermone de huiuscemodi miraculo, S. Athanasij, haud Alexādrini, sed alterius Græci Patris, quem affert per extensum, approbatque Concilium Nicenum secundum, quare annouerari non potest inter imagines Achiropictas, sicuti ista ad Sancta Sanctorū existit. Quarto denique, quia prodigiosus Berithi euentus accidit anno 765. iuxta Sigeberti opinionem, cui adsti-

S. Athanasius in Serm. Miraculi Berith.

Conc. Nic. act 10. Vulg. vers edit. Vatic. to. 3. Concil. pag. 48. col. 2.

Sigebertus in Chron. ann. 765.

Baron. in Notis ad Martyrol. 5. Idus Nouemb. fol. 474 col. 2 in fin. & in Annal. ann. 787. n. 36, &c.

pulari videtur Baronius, at Imago SS. Saluatoris duodecim annis antea à Stephano III. ad prædictam S. Mariæ Maioris Ecclesiam in Exquilijs delata fuit, videlicet anno salutis 753. Itidē opinio Casellam ipsum fefellit, dum eamdem Imaginem Berithi ille confundit cum ea, quam in bellis Philippicus, & Heraclius deferebant, etenim Philippicus detulit Imaginē anno 589. & Heraclius anno 631. similiter multis annis ante prædictum Berithi successum, qui prout diximus, redemptionis anno 765. euenit.

Martinel. in Roma Sacra d. c. 9. fol. 141 §. Verum,

VII. Martinellus post habitum Sermonem de Basilica

ad

ad Sancta Sanctorum, deque Scala Sancta, ac Leoniano Triclinio, narrationem infert de Imagine Beatiss. Virginis Deiparæ, & altera eius filij ex Vaticanis Codicibus Græcis, & Latinè redditam à Neophito Rodino Cyprio, quam secundã Imaginem pro certo habet esse hanc ipsammet ad Sancta Sanctorum, cuius quidem rei gestæ, multis in locis in eius versione diminutæ, summa hæc est: S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, & magnus Sacrarũ Imaginum propugnator post repugnantiam prolixam aduersus Leonem III. Isauricum Iconomachũ habitam, denique coactus fuit

Codic. Græci m s. Vatic. Bibliotb. sign. n. 375. & 1147 Rodinus Cyprius istam s

 ce-

cedere tempori, exilioque multari. Igitur à loco se removens, duas secum pictas in tabulis detulit imagines, vnam videlicet gloriosissimę Virginis, alteram verò Christi Domini Redemptoris, epistolamque Diuo Gregorio Pontifici mittens, de Sacrarum Imaginum persecutione, suique exilio ipsum fecit certiorem; Appulsus ad Amantij portũ, Siderà deinde nuncupatum, tabulam Imaginis Saluatoris iuxta dexterum latus perforauit, appenditque ibidem epistolam, in qua diem, atque horam adnotauit præcipuam; deinde imagini prouolutus, oculis lacrymas manantibus, semel,

atque iterum dicens: *Magister salua te, & nos*, eã in mare proiecit, quæ desuper vndas recta ambulabat. Interim D. Gregorio Pontifici in sõnijs significatum fuit, se obuiam Regi per mare ad se pergenti proficisci debere, eumque excipere, surgit ille è cubili, processionaliter vnà cũ Clero nauim ascendit, & cum perueniisset vbi mari flumen iungitur, à longè conspexit Saluatoris Imaginem venientem, stupore corripitur, ac lætitia, pauoreque affectus, Sanctam veneratur effigiem, quæ illicò in Pontificis vlnis volatu quieuit. Accipit eam incredibili gaudio Sãctus Pastor, vrbem ingreditur, & in

Vaticana S. Petri Baſilica ipſam locat. Ibi nec à prodigijs ceſſauit, etenim quædam ſalſa humiditas eius ex Sanctiſſimis pedibus defluebat, quam cum ægroti infectis corporum partibus adhiberent, protinus ægrotatio depellebatur, ac dolorum ſanitatem aſſequebantur. Eripit interim Pontifex è foramine epiſtolam, & ab eadem omnia Conſtantinopoli euenìſſe edocetur, percipitque ex tempore ſcriptionis, Imaginem ipſam vigintiquatuor ſolummodo horarum ſpatio Romam petijſſe. Idcirco ſtatim Leoni Imperatori ſcribit, ac de eius recenti perſecutione aduersùs ſacras Imagi-

gines redarguit. Sequitur deinde altera narratio de Imagine Deiparæ Virginis, quę ab eodem Diuo Germano, quemadmodum prędicta SS. Saluatoris, ad Vrbem missa fuit, perforata in capitis sũmitate, ibique haud absimilem supradictæ collocauit epistolam, quam alteram imaginem pariter vt prædictam Saluatoris vigintiquatuor horarum interuallo D. Gregorius excepit, præcedenti itidem in somnijs monitu de Reginæ aduentu. Hæc in supradicta narratione, ex qua gestarum rerum expositione Martinellus indubitanter, vt diximus, præfatam Saluatoris Imaginem, de qua Græcus

Author loquitur, hanc esse credit, quę in Basilica ad Sancta Sanctorum custoditur, quare de ipsius ornamentis verba facit, ac de solemni eiusdem processione, de qua aliquid inferiùs, sed in nostro de Basilica ad Sãcta Sanctorũ labore capite decimo satis prolixè loquuturi sumus.

Millinus loc. sup. cit. fol. 80 n. 41. & seqq.

VIII. At Benedictus Millinus aduersùs Martinellum plura obijcit, atque iter cætera, quòd Imago nostra ad Sãcta Sanctorum foramẽ haud retineat, neque propè dexteram manum, nec alibi, ideoq; eãdem non esse, de qua præfatam narrationem idem loqui iudicat; Itidem quòd de eius translatione ex Vaticana

Ba-

Basilica, aliò facta non constet, neque de ipsius expeditione à Diuo Germano peracta, & receptione Gregorij Põtificis inueniatur Scriptor cum sit euentus memoratu dignus. Sed verè alter antiquus Author, vltra instrumentum prædictum reperitur in eàdẽ Vaticana Bibliotheca, qui prędictis satisfacit, & Martinelli assertionẽ planè confirmat, nimirum noster Nicolaus Processi, quem proculdubio Millinus non vidit, si enim cõspexisset, prędicta minimè obiecisset, etenim in eius vetusto Codice Miscellaneo èadem res gesta legitur, sed clariùs explicata, & breuiùs, quare hìc eam recen-

Processi ubi sup fol. 41. col. 2. & seq.

censere curauimus, loquens igitur præfatus Processi de quibusdam B. Virginis Imaginibus eàdem in Basilica ad Sancta Sanctorum asseruatis, inquit vt sequitur, videlicet.

IX. Altera quæ à Diuo Luca fuerat depicta (Imago) *quam Gregorius Nonus in Ecclesia B. Mariæ de Populo collocari permisit, quæ Sancta Imago cum proiecta esset in mare à B. Germano Patriarcha Constantinopolitano, super vndas ad vrbem venit lacrymante ob persecutionē SS. Imaginum, prout etiam antea à dicto B. Patriarcha proiecta fuit in mare Imago Acheropita Saluatoris designata à S. Luca, quæ dum nullis coloribus applicatis diuina virtute admirabili decore perfulsit,*

quæ

quæ pariter Romam per vndas venit cum littera circumligata cum tempore, die, & hora inceptæ natationis, breuissimo spatio 24. horarũ ex manibus dicti Beati Antistitis Constantinopolitani proÿcientis ad manus Gregorÿ II. Papæ solemniter obuiam euntis in somnÿs admoniti feliciter peruenit, quæ cum lætitia, cum hymnis, & psalmis ad S. Petri templum delata, post fusis precibus nocturno tẽpore ad nostrã Basilicam de Sanctis Sanctorum fuit collocata . Hactenus ille.

X. Si foramen ergo pro epistolę appensione in Saluatoris tabula non esset (quod certè Millinus videre nõ potuit, cũ sit argento clausa, parietiq; modò sanè cohæreat vt obseruat Doctiss. Brutius) vti-

Brutius in Theat. Rom. Vrb. to. 1. lib. 6. cap. 4. n. 42

vtique credendum,non fuiſſe perforatam tabulam, ſed eidem ſolummodo circumligatam epiſtolam,veluti prȩfatus Proceſſi refert; Et quidem ſi Græcus Scriptor prædictæ narrationis à Martinello relatȩ, Diuum Gregorium II.cum S. Gregorio I. confudit,neque tempora ſeruauit, vt idem Millinus optimè aduertit,cur & in hoc à fortiori errare etiam non potuit, recenſendo tabulam perforatã, circa quam dumtaxat ligata epiſtola fuit? De translatione autem ex Baſilica Vaticana ad Lateranenſem Eccleſiã animaduerti debet, quòd peractã noctu idem aſſerit, quare facilè id clanculum

Milli. loc. cit. fol. 83. & ſeq. n. 43. & 44.

fa-

factum crederem, cum ſatis ſolemniter primò cum gaudio, hymnis, & canticis ad S. Petrum deportata fuerit.

XI. Neque hìc debeo præterire quin referam alteram ponderationem hanc meam, videlicet. Ex ſupradicta eiuſdem Græci narratione vt diximus, innumerabilia prodigia erga infirmos, & languores ex humiditate defluente è pedibus præfatæ Imaginis SS. Saluatoris à B. Germano in mare dimiſſæ conſecuta ſunt, quapropter ſum aliquando ſuſpicatus, quod ceſſante dicta humida ſalſugine, initium cæperit ritus ille toties lauandi pedes huius noſtræ ad Sancta Sancto-

ctorum Imaginis, dum processionaliter deferebatur, proùt inferiùs dicetur, qua deinde ablutione deuotè gẽtes aspergebantur contra aduersa omnia, & à languentibus ablutionis aqua hausta, quamplurimis erat occasio recuperandæ salutis, vt Maniacutius memorat. Quę quidem animaduersio sine dubio mihi videtur fortissimam præsumptionem ad Martinelli fauorem facere, nimirũ quòd hæc nostra SS. Imago ad Sancta Sanctorum sit eadem ac illa, quæ à S. Germano proiecta in mare, Romam nemine ductore aduecta fuit sicuti optimè, ac dilucidè cõstat ex adducto Miscellaneo

Maniacut. loco sup. cit. & apud Mil lin eod loco cap fol 160 & seq. n. 89.

Co-

Codice antiquo Processi verè esse illam.

XII. Itidem quædam Diuorum Petri, & Pauli Imagines, quæ pariter ad vrbem nullo ductore per mare venerunt, vt Panuinius, & priscaRitualia narrant, erant etiã prope eamdem Basilicam ad Sancta Sanctorum, videlicet extra Basilicam S.Siluestri in porticu qui ad præfatam Basilicam Sancta Sanctorũ ducebat, quarum Imaginum cum nulla modò reperiãtur monimenta, credendum est, aut Palatij Lateranensis, Basilicæue incendijs consũptas, siuè aliò fuisse deportatas, sicuti Iosephi Matraia, necnõ Card. Rasponi fert opinio,

Panuin. m s. de Basilica, Baptisterio, & Patriarchio Lateran. in Archi.Lat. lib.2. cap.15. fol 10. à terg Ritualia antiqua m s. in Bibl. Vatic.

Matraia in hist. Imaginis S Mariæ in Porticu lib. 2 cap.11. fol.92 Raspon. loc. supra cit lib.2 cap.12, fol.179 prope med.

ve-

verùm hæc obiter.

XIII. Cæterùm de altera Deiparæ Virginis imagine, similiter à B. Germano in maris æquor proiecta, & quã in S. Mariæ de Populo templum à Gregorio Nono collocatam prædictus Processi asserit, certè constat, quòd in Ecclesia S. Petri antea asseruata fuit, prout refert m. s. Codex Vaticanæ Bibliothecæ, quem Abbas Paulus de Angelis affert, quæ deinde ad Sãcta Sanctorum deportata, tandem eo Pontifice sedente, ad præfatam Ecclesiam de Populo translata fuit, idque inter cæteros Iacobus de Albericis, & Ambrosius Landuccius in illius Ecclesiæ histo-

Cod. Vat. sign. num. 3921.

De Angel in Descript. Basil. S. Mariæ Maior. lib. 12. cap 2. fol. 240 col. 2. litt. B.

De Albericis in ... rend. Histor. ... mag. B. Virg. de Populo fol. 39 Landucc. fol. 75. & seq.

ſtorijs demonſtrant, necnon Marſilius Honoratus, Guilielmus Gumppenberg, Martinellus, & Emin. Card. Raſponus; diſcrepant autem circa tempus prædicti Authores, nam aliqui anno 1231. id factum referunt, alij verò anno 1227. quod tamen hiſtoriæ veritati haud eſt præiudicio, error enim in Chronologia eidem minimè aduerſatur, ſicuti Dominicus Anfoſſius ait, quapropter attentis narratis, ratio poſtulat, vt Martinelli opinio vera credatur, cum proculdubio euidenter pateat, quòd narratio quam idem ex Vaticanis Codicibus hauſit, loquatur de noſtra SS. Saluatoris ad Sancta

Honoratus in opuſc nuncupato Fida ſcorta fol 72.
Gumppenb. in Athalan. Marian. ſiue de Imaginib. Deiparæ per orbem Chriſtianum miraculoſis lib. 2. fol. 5
Martinellus loc. cit. fol. 233. § ſub colle.
Raſpon eod. loco lib. 4. cap. 19 fol. 377. ad fin.
Anfoſſius de Sacrarum Reliquiarum cultu, &c. fol. 155. n. 6.

ćta Sanćtorũ Imagine, quòdque èadem per mare Romam venerit à B. Germano proiećta, ac ipſius aduentum miraculoſum in Vrbẽ, etiam ſuperiùs adducta verba teſtari videntur inſtrumenti de anno 1029. quæ dicunt: *Adque ciuitatem Romæ miraculosè perueniſſe*.

XIV. Anaſtaſius Bibliothecarius referens anguſtias, quas ob Aſtulphi Longobardorum Regis perfidiam patiebatur Eccleſia, maximam huic Imagini venerationem præbet, cum nobis oſtendit à Chriſti Vicario nudis pedibus proceſſionaliter deportatam, ſcripſit enim vt ſequitur de Stephano Papa III. vide-

Biblioth. in Stephano III num. marg. 234. fol. 118. poſt princ.

delicet: *In vna verò dierum, cum multa humilitate sollicitè procedens in Lætania cum Sacratissima Imagine Domini Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, quæ Acheropita nuncupatur; simulque & cum ea alia diuersa sacra misteria recipiens, proprioque humero ipsam Sanctam Imaginem, cum reliquis Sacerdotibus, idem Sanctissimus Papa gestans, nudisque pedibus tam ipse, quàmque vniuersa plebs, incedentes, in Ecclesiā Sanctæ Dei Genitricis, quæ ad Præsepe nuncupatur, posito in omnium Capitibus populorum cinere, cum maximo eiulatu pergentes, misericordissimum Dominum nostrū deprecati sunt; alligans connectensque adorandæ Cruci Dei nostri pactū illud, quod nefandus Rex Longo-*

Gretser. de Imaginibus non manufactis c. 17. pag. 453. ad fin.
Cassandr. in ordine Rom. post tit libri, & fol. 59.
Petr. Gloss. m.s. in Bibl Barber. in Steph. III. n. marg. 234. in verb. Imagine

bardorum disrupit. Et quamuis Iacobus Gretserius id esse intelligendum de Veronicæ imagine dicat, nihilominus Petrus Glossator (qui fuit Episcopus Vrbeuetanus, vt asserit Georgius Cassandrus, & æuo Vrbani V. scripsit, sicuti habetur ex eius glossis) super eumdem textum scribens, de nostra intẽdit dicẽs: *Hæc residet in Sancta Sanctorum honorificè, satisque deuotè, & sub plurimis serraturis, quas semel dissolui publicè martello, & lima. Il qual glossatore* (Millinus loquitur) *hauendo scritto trecento anni prima del P. Gretsero; sicome fù assai meno di lui lontano da i tempi d'Anastasio, così in questo caso deue eßere preferito il suo detto;*

Milli. loc. cit. fol. 10. circa med.

Et

Et poſtquam idem Millinus plura ad huius rei fauorem, adduxit, denuo ait: *Onde laſciata l'autorità del P. Gretſero, e d'altri moderni, ſtimo più ſicuro appigliarmi à quello che dice Pietro Gloſsatore, teſtimonio aſſai più antico, e conſeguentemente delle coſe antiche aſſai meglio informato.* Ego autem prefato Petro addo authorem ipſo Anaſtaſio antiquiorem, nimirum Megiſtum Abbatem, qui ita exarauit: *Tandem nudis pedibus per eam deſcendit Stephanus PP. III. proprijs humeris cum alijs ſacerdotibus baiulans Imaginem Acheropitam Saluatoris, quam Lucas Euangeliſta incæpit, ſed virtus diuina perfecit iturus ad Eccleſiã Beatæ Mariæ ad Præſepe quan-*

Idem ibid. fol 105. prope fin

Megiſt. Bibl. m ſ. in Bibl. Vat. vbi ſup. eod fol. 12. col. 2.

 do

do Rex Longobardorum Aſtolphus Romanos vexabat. Et Nicolaus Proceſſi qui fuit contẽporaneus Petri gloſſatoris, de hac eàdem Sanctiſſima Imagine ſcribens, ait vt ſequitur, ſcilicet: *Tanta eſt deuotio, & reuerentia fidelium erga hanc SS. Imaginem, vt Stephanus Papa Tertius proprijs ſuppoſitis humeris cum fletu vniuerſali ad B. Mariã Maiorem portauerit cauſa diræ vexationis Regis Longobardorum.* Quare maiorem præbere Anaſtaſium huic SS. Iconi venerationẽ autumat Millinus, vnico verbo illam *Acheropitàm* nuncupando, quàm ſupradictos Authores integras hiſtorias recẽſendo; ſed quidem illi Authores iſti ſacratiſ-

Proceſſ. loc. cit. fol. 43. col. 1.

Millin. vbi ſup. fol. 97. num. 51.

tiſſimæ Imagini hunc hono-
rem haud certè detrahunt,
imò potiùs cætera antedicta
vlteriùs referunt, quamobrẽ
ab ijſdem (demptis tamen
quæ nos confutauimus) vti-
que non diſſentirem.

XV. Loquens deinde idẽ
Millinus de Imaginibus A- *Ipſemet ibid. fol. 106. n. 56.*
cheropitis, eas originaliter
quatuor eſſe dicit, nimirum
Edeſſenam, Veronicæ, Sindo-
nem, & Camulianenſem, &
poſtquam demonſtrauit hãc
noſtram minime vllam triũ
priorum eſſe ob realem in-
ter illas diſtinctionem, præ-
pendens Caſellę opinionem,
qui dicit Imaginem Philip-
pici, & Heraclij eãdem fuiſ-
ſe, ac iſtam Baſilicæ ad San-

cta Sanctorum; sed illa, Camulianensis cum fuerit (non autem Berithi, vt idem Casella dixerat) tandē deducit, hanc de qua loquimur imaginem affirmandam esse Camulianensem, talisque Millini opinionis fuit etiam Nicolaus Processi, ipse enim de ea scripsit: *Denominatur ista icona Basilicæ ad Sancta Sanctorum, Imago Camulianensis, quia è Camuliano Pago Cappadociæ Constantinopolim translata fuit, & denique vt dictum est, à Patriarcha Constantinopolitano per mare ad Vrbem.* Imaginem verò nostram ad Sancta Sanctorum, Camulianensem nō esse, optimis quidem argumentis, validissimisque ratio-

Id. ibid. fol. 125.

Process. loc. supracit. fol 44. col. 1.

tio-

tionibus, & clarè oſtendit, & ſolidè probat eruditus noſter amicus, & Dominus Frãciſcus Griſendus ſua peculiari epiſtola, quã ſi libuerit, legere quiſque curioſus poterit inter memorabiles Domini Abbatis Michaelis Iuſtiniani.

Griſend in 2 par. epiſt. memorabiliũ D. Abb. Iuſtin. fol. 155. ep. 29.

XVI. Non tamen ideò redarguendus eſt Millinus, imò excuſandus, nam ſi eius verba ſedulò perpendimus, inueniemus illum de rè iſtà dubiè ſcripſiſſe ſicuti aduertit in ſuo egregio Theatro Romanæ Vrbis, exquiſitæ probitatis, & magni candoris vir D. Ioannes Antonius Brutius, dicit enim Millinus: *Le imagini dunque chiamate da Greci Ache.*

Brutius in Theatro Roman Vrbis vbi ſup. n. 90. & 91.

Millin. fol. 106. n. 56. circa mediũ.

Acheropite, ſono originalmẽte quattro, due delle quali hanno miracoloſamente moltiplicato in alcune copie: cioè, l'Edeſſena, il Volto Santo altramente la Veronica, la Santa Sindone, e l'Imagine Camulianenſe, alle quali ſi douerà forſe aggiungere in quinto luogo queſta del Sancta Sanctorum, s'ella però non è la Camulianenſe, Imagini tutte del Verbo Incarnato. Ait igitur Millinus, ſi Camulianenſis imago non eſt, erit quinta Acheropita; & licet idem Millinus inferiùs dicat, abſolutè affirmandum eſſe Camulianenſem, id tamen intelligendum vigore antedictarum rationum, non autem certò affirmat, ſed ſolum dubitanter hac de ſua

Idem ibid. fol. 125. ad finem.

opi-

opinione conſcripſit, quinimò in hoc refellenda Proceſſi opinio, abſque vlla diffidentia eam Camulianenſem eſſe affirmantis.

Proceſſ loc. cit. dict. fol 44 col. 1. & fol 34.

XVII. Verùm nunc incidimus in antiquiſſimā epiſtolam, videlicet Diui Liberij Papæ, quæ alteram difficultatem excitare videtur, audiamus primò ipſius tenorem, qui talis eſt.

Fratribus dilectiſſimis Rom. Vrbis Presbyteris, ac Diaconibus, reſidentibus in Eccleſia Saluatoris Liberius Epiſcopus ſalutem in Domino.

Epiſtola Liberij Papæ Ex m. ſ miſcellaneo de rebus Lateranenſis Eccleſiæ Iulij Valentini.

Notum vobis eſt dilectiſſimi de tribulatione, quæ nobis facta eſt ex falſorum fratrum Valentis, & Vrſacij calumnijs, ita vt Au-

gu-

gusti Imperatoris nostri Constantij præcepto, Berrolam Thraciæ in exilium eiecti simus, sed in his omnibus speramus propter eum, qui dilexit nos, in miserationibus suis multis confidentes, vt eripiat nos ab omnibus angustijs. Interim rogamus vos, vt sine intermissione memoriam pro nobis faciatis apud Deum Patrem omnipotentem, scientes, quod licet tot importunis iussibus Principum supra modum grauatus ad quorũdam Episcoporum depulsionẽ subscribere coactus sim, in nullo tamen Catholicæ Fidei dispendium me fecisse arbitror videns non aliter dari posse pacem negocijs, & illi, inuito Principe, ad Ecclesias suas reuerterentur, eàdemque ratione pariter cum Orientis Episcopus me communicasse

fa-

fateor, quatenus eorum fides mihi visa est continere nihil oppositum veritati, quamuis mutua vnius verbi Omusion (deest aliquid) *Cæterùm ipsum filium Dei consubstantialem Patri corde credo, & ore confiteor, & pro hac fide mori quoque paratus sum. Vos autem dilectissimi Deum rogate, vt infirmitatis meæ noxa mihi non imputetur. Habetis in Episcopatu Acheropitam Angelorum ministerio inuisibiliter efformatam Imaginē Saluatoris, ac Mensā illius in qua cænauit cum Discipulis priusquā pateretur, à Beatissimo Petro, vt pia traditio docuit, Romam delatas, & hucusque à tot Patribus nostris religiosissimè custoditas, quas velut thesaurum incomparabilem vobis commendo, vt in hac Ecclesia perma-*

maneant vſque in diem aduentus Domini, admonens, vt in illius obſequio conſiſtentes, in Clericali ordine, in quo vocati eſtis, à mundo extorres facti, abſque vllius rei proprietate, communem vitam traducentes, ad promiſſam vobis ab eo cæli hæreditatem peruenire valeatis. Hactenus Liberius Papa. Si ergo iſte Sanctus, qui ad Pontificatum aſſumptus eſt anno Chriſti 351. aſſerit Imaginem SS. Saluatoris prędictam, delatam fuiſſe Romam à D. Petro Apoſtolorũ Principe, quid reſpondemus ad hæc? quomodo ſuſtinere poterimus, eam eſſe, quæ diù poſt, nempe à S. Germano in mare proiecta fuit, & prodigiosè ad vrbem venit? Mo-

nu-

numento tam antiquo vtiq; credendum ! quare eidem adhæsit Leonardus Nardonus, qui de ipsa Saluatoris Imagine Basilicæ ad Sancta Sanctorum scripsit: *Portata à Roma da S. Pietro, come si legge in vna epistola di Liberio Primo estratta dall'Archiuio Lateranense dal Cardinal Verallo*, videlicet à Cardinali Fabritio Verallo, à quo eius transumptū obtinuit Iulius Valētinus idibus Martij 1617. vt ipse testatur in suo de rebus Lateranensibus m.s. opusculo, quod mihi impertitus est Illustriss. & Reuerendiss. D. Franciscus Maria Antaldus, Prælatus cūctis laudibus dignissimus.

Nardon. in Relatione m. s. curæ Lateranensis fol. 9

Valentin. in præcitato m. s. miscellaneo.

XVIII. Sed his non obstan-

ſtantibus, non ideò à noſtra reſilimus opinione, quia altera SS. Saluatoris Imago æquè miraculoſa exiſtebat olim apud eamdẽ Baſilicam ad Sancta Sanctorum, imò, & aliquando in ipſa Baſilica, quæ à Iudæo percuſſa ſanguinem effudit, quapropter facilè ſuſpicatus ſum de illa poſſe Liberij Epiſtolam loqui, eò magis quia eãdem etiam ab Angelis formatam fuiſſe fertur: Quòd autem verè altera prædicta Saluatoris prodigioſa Icon in Patriarchio, ſeù Epiſcopio Lateranẽſi eſſet, quippè denegari non poteſt, Nicolaus enim Proceſſi æuo Vrbani V. de illa ſcripſit: *Alteram habebamus in hac Baſilica*

Proceſſi vbi ſup. fol. 45. col. 2.

lica ad Sancta Sanctorum Saluatoris Imaginem, quæ à quodam Iudæo percussa in fronte sanguinẽ emisit; tempore verò Cælestini III. ante Oratorium S. Siluestri, penès Sancta Sanctorum spectabatur vti Cencius Camerarius eo tempore viuens conscripsit, atque Baronius ait: *Sicque* (Nouus Pontifex) *ducitur ab illis vsque ad gradus portæ, quæ videlicet porta est in introitu palatij veniẽtibus de Ecclesia ad palatium ipsum, ibique Iudices eumdem electum accipientes, ducunt eum per palatium vsq; ad Basilicam S. Siluestri. Vbi verò ventũ estãte ipsam (super cuius arcũ, qui sustẽtatur de duabus columnis porphyreticis, est imago quadã Saluatoris, quæ à quodam Iudæo*

Cenc. Camer. m. s. in Bibliot Emin. Card. Pij tit. Quomodo debeat sũmus Pontif. eligi, &c. fol. 222.

Baron Annal Eccl to. 12. ann. 1191. pag 826. lit. C. edit Vatic.

D per-

percuſſa olim in fronte, ſanguinem emiſit, ſicut hodie cernitur) Idem electus ſedet, &c. At fuſiùs, & clariùs id explicat libellus pergamenus m. ſ. circa tempora Alexandri III. nimirum 1159. in Vaticana Bibliotheca exiſtens, cuius hæc verba ſunt: *Est ergo Veronica, pictura, Domini veram ſecundùm carnem repræſentans effigiem, &c. eſt alia Dominici vultus effigies in tabula æquè impreſſa in Oratorio S. Laurentij in Palatio Lateranēſi;* (videlicet ad Sancta Sanctorum) *quam ſanctæ memoriæ noſtri temporis Papa Alexander III. multiplici panno ſerico operuit, eo quòd attentiùs intuentibus tremorē cum mortis periculo inferret. Vnūque proculdubio compertum habeo: quòd*

M.ſ. Bibl. Vatic. n. 933. fol. 63. à tergo col. 1, in princ.

quòd si diligenter vultum Dominicum, quem Iudæus in Palatio Lateranensi iuxta Oratorium S. Laurentij vulnerauit (loquitur de altera Imagine Saluatoris ab illa sacræ ædis ad Sancta Sanctorum distincta) *cuius vultus cruore tanquam recèns facto dexteram operit, attendas; non absimilē Veronicæ Basilicæ S. Petri, etue picturæ, quæ in ipso S. Laurentij est Oratorio* (scilicet Sancta Sanctorum dicto) *Vultuique Lucano reperies.* Et fortasse de alia prædicta Sanctiss. Saluatoris Imagine loquitur Anastasius sequentibus verbis quæ refert Millinus sic : *Anastasio parlando delle fabriche fatte da Zaccaria Papa nel Patriarchio, così scriue : Fecit autem à funda-* Millin. vbi sup. fol. 101. ad fin.

 men-

mentis ante scrinium Lateranense porticum, atque turrim; vbi & portas æreas atque cancellos instituit: & pergulam Saluatoris ante fores ornauit, (nel Codice Barberino in luogo di pergulam si legge figuram) e Zaccaria fù fatto Pontefice l'anno 741. Ita Millinus, qui licet credat intelligi debere de Imagine SS. Saluatoris nunc in Basilica ad Sancta Sanctorum custodita, est tamen notandum, quod Imago ista illuc annis nonnullis antea deportata, semper eàdem in Basilica stetit; locus verò quem Anastasius indicat ante Scrinium Lateranense, erat diuersus, vnde potius arbitramur posse Bibliothecarium loqui de altera

ra prædicta Imagine à Iudæo percuſſa. Sed omnes ſupradictas difficultates dirimit, illuminatque obſcuritates antedictum inſtrumentum de anno 1029. ex quo euidenter patet, præfatam Liberij epiſtolam verè loqui de hac ſecunda Saluatoris miraculoſa imagine, quòd hìc per extenſum, abſque latinitatis correctione, adducimus.

1029.

XIX. In Nomine Domini. Anno ſextum Dom. noſtri Iohanni nono decimi Pape, adque Chbuoradi Imperatoris hanno tertio, indictione tertiadecima menſe Martio die decima. Ego quidem Boſo Epiſcopus Tiburtinus hac die nullo perhibente, aud vim faciente, aud

Inſtrumentũ vetuſt. cuſtodi in Arch. Lat. in ſupradicto Arm. XV. lit. Z. n. 7.

 ſua-

ſuadente, ſed propria, ſpontaneaque mea boluntate pro ſalute animæ meæ, & parentum meorum, dono, do, concedo, adque offero Sanctiſſimo Saluatori, bidelicet eius venerabili Imagini, quam precibus B. Virginis, & BB. Apoſtolorum S. Lucas cepiſſe habetur, & birtutem Domini perfeciſſe, adque ciuitatem Rome miraculoſe perueniſse in Baſilica S. Laurentij de Palatio Laterani ſeruata, medietatem integram de domo ſolarata, quam modo tenent Nuccius Cole Capo de ferro, & Iohannes Iacobelli Surdi, poſitam iuxta Baſilicam Saluatoris inter hos affines, ab huno latere bona Sabbe Berardi, à ſecundo latere Presbyteri Raynerij, & à tertio Stephani Niſcij, & à quarto bia pubrica, aliam bero partem ipſius

do-

domus, altere SS. Imagini eiusdem Seruatoris ab Angelis etiam peracta, & per B. Petrum Apostolum, siue Titum, & Vespasianum Imperatores ducte ad Vrbem Romanam, que modo adoratur infra dictam Basilicam S. Laurentij, ita tamen quod nulli persone fas sit aliquo modo illam pignorare, aud alienare, sed semper in vsum, & honorem luminariorum, & vtensilium supradicte Icone Basilice S. Laurentij de palatio, & alterius predicte Imaginis libera, & absque vlla ditione alicuius secura, & quieta persistat, &c. & ad hoc vt perpetuo stabilis, & firma ista donatio permaneat, scribere rogaui Romanum Scrin. S. Romane Ecclesie in hanno, mense, & indict. supradictis.

✠ *Ego Boso Domini gratia Episcopus supradictus.*

✠ *Lellus Sabellus de Buccabellis.*

✠ *Iohannes Thomarotij Petroni.*

✠ *Iohachim Pagnalli de Lenis.*

✠ *Ego Roman. Scrin. S. R. Ecc. inscriptor huius carth. eam compleui, & absolui requisitus.*

XX. Ergo de primo ad vltimum attentis narratis, & sedulè consideratis considerandis, censeo dicendum, Imaginem SS. Saluatoris ad Sancta Sanctorum, esse Diui Lucæ Euangelistæ opus, diuinitus Angelorum ministerio perfectum, & à Beato Germano miraculosè, vt supra diximus ad Vrbem, missam,

ſam, vnde & præcitati Authores inter ſe diſcrepantes inſimul conciliantur, remanetque in ſuo robore huius SS. Imaginis vetuſtiſſima traditio.

XXI. Hæc autem Sacratiſſima Imago ſic à Millino deſcribitur: *Sopra l'Altare è alzato vn tabernacolo di legno dorato, con dui figure da i lati in atto di adorare: nelle baſi, l'arme del Popolo Romano. In queſto tabernacolo è riposta l'antica, e venerabiliſſima Imagine del Saluatore, dentro due ſportelli d'argento dorato, con figurine di baſſo rilieuo, la tauola dell'Imagine, toltone il volto, il quale è velato da vn criſtallo, è coperta con vna tauola d'argento, meſſa à oro, lauo-* Millin. loc. cit cap. 1. fol. 67. n. 35.

ra-

rata ſimilmente di baſſi rilieui, e piena di gioie. Nel petto del Saluatore, in due piaſtre tonde, la Natiuità, e la Crocifiſſione, à piè della tauola ſi legge in vna riga.

Innocentius PP. III. hoc opus fieri fecit. Gli ſportelli hanno quattro figure di baſſo rilieuo per banda in quattro ordini. In quello à man ſiniſtra in faccia, la Vergine, S. Gio: Battiſta, S. Pietro con vna figurina inginocchiata (circa hanc figuram, notandum, quòd tonſuram, ſiuè coronã habet) *e S. Silueſtro* (imò non S. Silueſtri, ſed S. Antonij Abbatis figura eſt) *Nell'altro ſportello l'Angelo, che ſaluta la Vergine, S. Iacomo Maggiore, S. Paolo, S. Lorenzo. Queſto ornamento, che ricuopre la tauola del Saluato-*

re,

re, è alto pal. 7. 4. largo pal. 3. 4. Hucuſque Millinus. Cur autem S. Iacobi effigies inter cæteras inibi cernatur, proculdubio eſt cauſa exiſtentia ſacrarum ipſius eo in loco Reliquiarum vti Caſella refert: *Nè ſi dubiti* (ait ille) *che quì ſiano le Reliquie di S. Giacomo Maggiore Apoſtolo, come ancora del Minore, perche queſto fù portato à Roma, e neceſſariamente haueua da capitare quà, e ſolo al Maggiore fù lecito entrare in Sancta Sanctorum, e perciò l'Imagine ſua ſi vede d'argento quì vna trà l'altre otto.* Hæc ipſe.

Caſella in ſupral. m. ſ. Bibliot. Barb. loc cit.

XXII. Reliquiæ autem quæ ſub pedibus iſtius Sanctiſſimæ Imaginis cuſtodiuntur in quadam pretioſo-

rum

rum lapidum linea, sic à supradicto vetustissimo Codice pergameno Lateranensis Archiui Alexandri Tertij tẽpore nimia vetustate, vt ita dicam caduco recensentur videlicet.

Cod.m.s.Lat. Arch. in suprad.loco fol. 16.9,& super

Lapis in quo consedit S.Maria.

Lapis de Sancto Iordane vbi sedit Dominus cum baptizaretur.

Lapis de Sancta Bethleem.

Lapis de Monte Oliueti vbi Dominus orauit ad Patrem.

Sancta petra in qua sedit Angelus ad Sepulcrum.

De Sancta Columna vbi Dominus legatus fuit,& flagellatus.

De Sepulcro Domini vbi Corpus eius mortuum requieuit.

De Lancea qua fuit perforatum latus Domini.

De Ligno Crucis Domini.

De loco qui dicitur Lithoſtrotos.

De Caluariæ loco .

Sancta Silex vbi Dominus conditus eſt.

Lapis de Monte Syon.

Lapis in quo Dominus transfiguratus eſt in monte .

Lignum de Sancto Præſepe Domini in quo puer natus fuit poſitus.

Lapis de monte Sina vbi Lex fuit data .

Lapis de Sepulcro S. Mariæ. Hactenus dictus vetuſtiſſimus Codex pergamenus Tabularij Lateranenſis , ſed de prædictis ſingulis Reliquijs , luculenter loquar in peculiari Opere de Reliquijs Sacroſanctæ Lateranēſis Eccleſiæ,quod Deo dante faciam.

Præ-

Millinus loc. cit. cap. 2. fol. 129 n. 69. in princ.

XXIII. Præfatus Millinus iterum de eàdem Imagine SS. Saluatoris ſcribens, ita dixit: *L'Imagine del Sancta Sanctorum è figura intiera, dipinta in tauola (il Magnacucci dice, di palma) nella quale ſi vede effigiato Chriſto nell'età virile: è alta ſette palmi, e trè larga*; Caſella

Caſel. vbi ſup col. loc.

verò ſic: *In eſſa il legno hà ſomminiſtrato à diſegno diuino le linee, e lo ſpirito della bocca d'Iddio l'hà iſpirato, ſi che appariſce gratioſamente colorito, & aſſai meglio à chì per poca diſtanza ſi allontana, che à quelli, che più ſe le appreſſano. Altri dicono che è in tela ben groſſa, parendoui come onde, ſegno d'alcune poche fila nel luogo della gola; mà di certo ſarebbe ſtata molta negligenza, & inauuerten-*

za,

za, d'huomo ſpenſierato, hauendola incollata quì, doue è vna ſnodatura del legno, il quale hà pur tanto ſpatio nella parte di ſopra; & io hauendo à torne il velo per l'anno ſanto (videlicet Clementis Octaui 1600.) *non hebbi ardire di guardarlo così minutamente; mà tremando l'adorai.* Ita Caſella. Certiſſimum tamen eſt, depictam eſſe ſanctiſſimam eã Imaginem in tabula, veluti teſtantur etiam (præter Nicolaum Maniacutiũ, & Ioannem Diaconum) verba prædicti vetuſtiſſimi Codicis Lateranenſis Archiui ſuperiùs adducta; ſed ſacra vultus effigies quæ conſpicitur, eſt in multiplici panno ſerico depicta, ibi ab Alexandro III. ſum-

Maniacut in Archiu S. M. M. loc. ſupra ci.

Ioã Diac. Lateran in Arc. Later. d. fol. 47. § eodem Cod pergam. Later. ſupracit. eod. fol. 15 § & ſuper.

ſummo Pontifice poſito, vt habetur ex allato Bibliothecę Vaticanę manuſcripto, cuius verba ſunt hæc: *Quam ſanctæ memoriæ noſtri tẽporis Papa Alexander III. multiplici panno ſerico operuit, eo quòd attentiùs intuentibus tremorem cum mortis periculo inferret.* Id etiam teſtatur Nicolaus Proceſſi æuo Vrbani V. dicens: *Habet vultum adeo maieſtoſum, vt fixè intuentibus tremorem cum periculo mortis inferat, quare Alexander III. multiplici pãno ſerico operuit.* Florauãtes Martinellus itidẽ aſſerit, vultum, quẽ nũc aſpicimus, eſſe ſuppoſitum antiquiſſimo de quo loquimur, hiſce verbis: *In capo à dette ſcale* (ſanctæ videlicet) *è l'Imagine*

M.ſ Vat. Bibliot. d. n. 933 loc. cit.

Proceſſ. eod. loc. cit fol. 44, col. 2.

Martinell in Opuſc. cuius tit. Roma ricercata giornata V fol. 143. tertiæ editionis circa finem.

gine del SS. Saluatore venuta à Roma per mare da ſe medeſima, nel quale fù gettata da S. Germano Patriarca di Coſtantinopoli per liberarla dall'impietà di Leone Imperatore, come nella Relatione ſtãpata nella noſtra Roma latina: qual Imagine per eſſer ſtata notabilmẽte offeſa dal tempo, fù ſerrata in argento, venerandoſi il ſagro volto ſopra poſtoui in tela riccamente ornato. Sic Martinellus.

XXIV. Proſequitur huiuſmodi ſacratiſſimæ Imaginis deſcriptionem Millinus ita ſcribens: *Hà ſotto l'occhio deſtro vna cicatrice cò ſegni d'alcune gocciole di ſangue, il caſo della qual cicatrice dicon alcuni, che auueniße nel tumulto d'vna proceſſione, nel quale vn macellaro tirò il* Mill. loc. cit.

colpo per ferir altri, e che di ciò fusse l'anno 1550. Quem proculdubio exitum sic habuit res, & quamuis idem Casellã referẽs, ad illius opinionem inclinet animum (adducens enim verba Codicis Vaticani circa Alexandri III. tempora conscripti, existimat à Iudæo diù ante fuisse percussam) est tamen notandum, quòd mutilum hunc textum refert, vnde si integrè legatur, prout nos supra ex proprio originali depromptum per extensum retulimus, dilucidè apparebit, in SS. Saluatoris diuersa Imagine penès Sancta Sanctorum olim existente tale prodigium certè accidisse, ideoque anno subsequenti

Idem Millin ibid post. med.

Ipsemet fol. 830.

1551.

1552. ex DD.Guardianorum decreto à Iulio III. ſummo Pontifice firmato, ab ipſius Sanctiſſimæ Imaginis Sodalitate Lanij, vt ipſe refert, raſi fuere. *Millin. ibid. c.3. fol. 164. in princ.*

XXV. Quotieſcumque eam Sacratiſſimam Imaginẽ menſe auguſti proceſſionaliter deportari contingebat, pluries ipſius pedes ea in ſupplicatione baſilico lauabantur, idque ſexies, vt ex Millino habetur, de qua pedum lotione, ita Caſella ſcripſit: *Ne' portici delle Chieſe più nobili per la via maggiore portandoſi in proceſſione, e ſopra le colonne, che ancora ſi veggono in alcuni luoghi la poſauano li Signori della prima muta, e quiui ſi la-* *Id. ib fol. 160. in medio. Caſella loc. ſupracit.*

uauano i piedi, come già à Prencipi Romani, che vittorioſi tornauano dall'Impreſe entro il Tempio di Caſtore, e di Polluce, percioche quiui era per la notte precedẽte al triõfo apparecchiato il bagno. Voglio dir queſto, acciòche ſi ſappia à che ſeruiſſe queſto lauare i piedi, cioè per dinotare, che è il Vincitore, e trionfatore in eterno, & in ciaſcuna di queſte pauſe, ò mute era incontrata queſta benedetta Imagine, & adorata da tutti i Grandi, & ordini della Città, e la lauanda era di acque odorifere, e con vn mazzo tutto ornato di baſilico immerſo in quell'acque ſi lauaua (nunc eàdem herba vtuntur Græci in lotione quam Decimooctauo Kal. Oct. deſuper altare peragunt, vti Carolus Bar-

Barthol. Piazza refert) *Spargeuasi poi la lauatura sopra il popolo, e riceueuasi con grande allegrezza, come per vn rimedio sicuro contro ogni auuersità di spiriti maligni, di veleno, di serpenti, ò di aria appestata &c. Di più nella nobilià era stimato questo spargimento per vna ordinanza di cauallaria, che doueuano militare nella condotta di N. Sig. per tutte l'Imprese Ecclesiastiche.* Itidem de præfata lotione ipsemet Casella dixit: *E la cerimonia del lauare i piedi si fà per dimostrare la diuinità in essi, quasi che passi trà noi con i piedi suoi, e non come portata sù gli bracci nostri, mà per riuerenza così tolta, e solleuata da noi. Tale cerimonia presero i nostri maggiori da simile passaggio*

Piazza in notis Sāctuarij, siue Menologij Romani fol. 309.

Casella ibid.

alla fortuna aurea .... Hæc ille. Anonymus autem antiquarius anno 1561. sic impressit: *Il lauar de' piedi al Saluatore in Santa Maria Noua è osseruato in memoria del lauare, che faceuano li Sacerdoti ogn'anno il primo giorno di Aprile la Dea Cibele*; cioè per abolire quel-
" la superstitione de i Gentili
" di lauare la Dea Cibele. Idque antea scripserat, nimirũ anno 1545. Andreas Fuluius, qui post descriptionem lotionis Cybelis, Dæmonis non Deæ, ait: *Qui lauandi mos seruatur hodie Romæ in lauandis pedibus Imaginis Saluatoris, dum gestatur per Vrbem mẽse Augusti.* Ac de istius lotionis aqua, ita Nicolaus Processi: *Aqua tandem*

Anonymus apud Martinel in Roma Sacra d. cap. 9. fol. 157. §. Et Anonymus.

Fuluius lib. 1 cap. de Ostia Tib. in fine.

Process. loc cit fol. 45 col. 2.

dem qua lauantur pedes istius SS. Iconis cum basilico, languentes, & infirmos sanat, Dæmonesque fugat. Millinus denique Maniacutij opinionem referens, hæc habet: *Intorno alla cerimonia della lauanda de' piedi, il Magnacucci nel Trattatello allegato di sopra, narrando la storia della Hemorroißa, della quale fanno mentione Eusebio Cesariense, e Niceforo dice, che sicome l'herba che nasceua à piedi della statua di bronzo del nostro Redentore, fattale alzare dalla Hemorroißa, seruiua per rimedio ad ogni male; così in hac Saluatoris Imagine, dum aqua illa, qua cum basilico pedes eius lauantur, à languentibus hausta, nonnullis extat causa recuperandæ salutis,* quod postremum gra-

Millin. ibid. dict. c. 3. fol. 160. n. 89.

Euseb. lib. 7. Eccl. Hist. c. 14 fol. 789. Niceph. lib. 6. c. 15. col. 273.

tiarum experimentum è Lateranensibus monumẽtis ijsdem verbis recenset etiam Martinellus. Ac præterea præfatus Millinus animaduertit, de prædicta pedum SS. Imaginis lotione mentionem haud extare in antiquissimo Ordine Romano ante Pipini tempora, conscripto, vel sub ipso, ac Stephano II. compilato, vt Illustriss. ac Reuerendiss. D. Franciscus Maria Phœbeus tenet, *forse* (Millinus inquit) *per non essere allora in vso*; perdurabat enim humiditatis defluuium in SS. Imaginis pedibus, per mare nullo ductore Romam aduectæ, quare, vt supra diximus, ea desistẽte, credimus deinde

Martinellus ibid. fol. 858. in med.

Phœbeus de Orig. & progressu celebritatis anni Iubil. p. 1. c. 4. fol. 45. post princ.
Millin. loc. cit. fol. 136. in princ.

cæ-

cæpiſſe morem toties eos lauandi, quæ poſtea ablutio, eoſdem prodigioſos effectus erga infirmos patrabat, quos & humida ſalſugo prædicta faciebat.

XXVI. Hac eàdem ablutione Sergiũ I. ſummũ Pontificem ſequentem perſoluiſſe ex Caſella habetur prodigium, illud ſic referente. *Auuenne che oltre la Chieſa di S. Adriano ſotto l'arco verſo la ſuburra tutti quelli che di quì vi paſſauano, incorreuano in molti diſaſtri per li ſpiriti maligni, e di più molti ve ne moriuano contaminati dal fiato, ò dallo ſguardo d'vn ſerpente rinchiuſo quì in vn grotteſco di fabrica antica. Preſideua allora alla Chieſa di Dio Sergio I.* *Caſella loco cit.*

crea-

creato nel 687. Questo buon Pastore cercando di rimediare à tanta calamità, oltre i molti rimedij inutilmente tentati, fù ispirato d'andarui in processione col Clero, e col popolo armato della protettione diuina portando per Confalone nella prima fila l'Imagine del Saluatore con ogni humiltà, e deuotione, come sapeua che fatto haueuano prima di lui in ogni necessità vrgente i suoi Predecessori; e così fece, e giunto quì Salmeggiando fermossi alla bocca della spelonca, lauò i piedi alla gloriosa Imagine, e intrepidamente sparse l'ablutione nel luogo, oue era la bocca di quella tale spelonca (quì manca il testo nel libro della Compagnia di doue Benedetto Canonico di S. Pietro prese la copia, e testifica hauere visto

sto

sto il medesimo testimonio in vn Messale antico nella Sagrestia Vaticana, come scriue nel libro che fà delle Ceremonie intitolato il Cardinale di S. Marco al tempo d'Innocentio II. che ancora si conserua nella libraria Vaticana, di modo che di facile si potrebbe aggiungere doue manca il testo, che questa sparsione si fece sopra la bocca della spelonca, come si è detto, e ne luoghi quì d'intorno, che sospetti erano, e di subbito, & affatto cessò la malignità de' Demonij, e della velenosa bestia, che più non se ne sentì nouella. Sparsero ancora sopra il popolo, e di quì nacque la Compagnia della Militia detta de' Raccommandati al Saluatore.

Missale antiquum in sasseruatum in arch. S. Petr. Bened. Canonicus S. Petri in Carem m. s. ad D. Guidonem de Castello, qui fuit postea Celest. II. in Ar. b. Canonic. S. Petri.

Hæc prædictus Casella; sed Millinus opinatur hanc serpen-

Millin. vbi sup. fol. 139. n. 73. & fol. 141 post princ.

pentis calamitatem tempore Sergij I. descriptam, verè euenisse tẽpore S. Leonis IV. ideoque eamdem esse, ac sequentem Dragonis de quo loquitur Anastasius Bibliothecarius sic: *In primo quidem Pontificatus sui anno iuxta Basilicam Beatæ Luciæ Martyris, quæ in Orfea sita est, in quibusdam terris, abditisque cauernis, diri generis serpens, quì Basiliscus Græcè, Latinè Regulus dicitur, ortus est, qui flatu suo, ac visione, omnes, qui ad easdem properabant cauernas necabat, mortisque tradebat periculo: itaut omnes stupor, ac timor inuaderet, serpentis virtutes mirantes, & cladem. Ipse verò beatissimus, & præclarus Pontifex hanc populi necem audiensq; perniciem,*

Anast. in Leone IV. nu. marg. 503. fol. 261. §. Hic vero, & fol. seq.

ad

ad orationes ſe conuertit, cum ieiunis Dominum deprecari non ceſſans vt ab huiuſmodi omnes interitu liberaret. Dum hæc agerentur, præclarus, & celeberrimus dies aduenit, in quo Beatæ Dei Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ Aſſumptio celebratur, tunc præfatus & Uniuerſalis Papa, à Patriarchio cum hymnis, & canticis ſpiritualibus, ſancta præcedente Icona, ad Baſilicam S. Hadriani Martyris, ſicut mos eſt, proprijs pedibus cum omni Clero perrexit, &c. Vbi Petrus Gloſſator, *Icona, ideſt Imagine Saluatoris, quæ in Sancta Sãctorum eſt.* Quo Pontifice orante, Draco, qui multos veneno necauerat, ex loco, vbi nunc S. Luciæ in Silice Eccleſia, quo latebat, eijcitur,

Petr. Gloſſat. in Leone IV. n. marg. 503.

qua-

quare Anaſtaſius ſcripſit: *Ab eodem verò die ipſe peſtifer baſiliſcus ita effugatus, atque ab ipſis proiectus eſt antris, vt vltra in illis locis nulla læſionis eius macula appareret.* Seueranus autem credit reuera diebus Sergij calamitatem ſerpentis fuiſſe, atque ideo ipſum hanc inſtituiſſe ſupplicationem; ſed poſtea temporibus S. Leonis IV. miraculum accidiſſe aduerſus illud infeſtum animal, quod & nos opinamur; tempore enim S. Gregorij II. Saluatoris Imago ad Vrbem venit, qui annis vigintinouem poſt Sergium creatus Pontifex fuit.

Anaſt. ibid. fol. 262. § poſt vero ad fin

Seuer in opere nũcupato: Memor ſagre delle 7 Chieſe di Roma par. 1. fol. 572 § Poi.

XXVII. Sed hic Andreæ Fuluij verba, & proceſſionem,

nem,

nem,& calamitates præfatas paulo ante supradictum Casellã describētis omnino audienda. *Imago Saluatoris argento, ac gemmis satis ornata, ex instituto Leonis Quarti singulis fermè annis de mense augusti, veluti in antiquo triumpho, & triumphalibus fercularum simulacris, concentuque tubarum, tibiarumque, & pomparum omnis generis maximo numero defertur è Laterano in forum Romanum, sistiturque ante ædem S. Hadriani in tribus foris, assistente Clero, Populoque Romano. Inde succollantibus honoratis quibusque iteratur, prætervectisque per arcum Latonæ propter Cacodæmones, qui tunc locum infestabant, postea per Suburram, & ante S Luciam in Silice propter* Fulu lib. 1. cap. 5.

Ba-

Basiliscum, qui subterranea cauerna, ibi vt fertur, latitabat. Quæ loca hoc modo liberata dicuntur: nouissimè verò in Basilica S. Mariæ Maioris, occurrente illi Imagine Diuæ Genitricis, ea nocte sistitur, vbi lectisternia, & frequens totius Vrbis conuentus, postera autem luce in Lateranum per aliam viam cum eisdem ferè pridianis pompis reportatur. Sic ille. Quapropter dicebatur ista Sacratissima Imago in Callinici, id- est Victoriæ, vt Casella refert. De prædicto autem Leone Papa, hæc dumtaxat Processi scripsit, videlicet: *Et Leo IV. ad implorandam diuinam misericordiam hanc SS. Iconam processionaliter deferebat in Assumptione B. Mariæ Virginis,* vlteriusque ni-

Casella ibid.

Processi loc. cit. fol. 43. col. 2.

nihil, præfatus verò Casella superaddidit: *L'historia fà alla visione sopra allegata di S. Gio. nell'Apocalissi, perche quì si conserua, & il trono, e l'Imagine del Saluatore nostro: Et vidi thronum magnum, et altum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit cælum, & terra, cioè la malignità dell'aere, e della terra per la bestia velenosissima, che da presso, e da lungi vccide, e con la voce, e con l'odore, & Andrea, & Ireneo dichiarando questo testo, l'intendono per mutatione in meglio. Così per conseruar viua la memoria di così notabil beneficio, i Sig. Palatini presero per vsanza negli istessi giorni far processione con questa gloriosa Imagine per prima infino all'arco, che è nel foro di Traiano, e chia-*

Idem Casella eod. loc.

Apoc. Cap. 20. n. 11.

Andr. Creten. ac S. Iræneus

chiamauasi per quell'effetto Arco Ladrone; mà del tempo di Leone IV. in poi, fino à S. Lucia in Selice, e poi tornauano à casa, e vedendo la deuotione del popolo crescere in simile peregrinatione, prolongaronla fino alla Nuntiata. Hactenus Casella.

XXVIII. At hic præterire nolumus alterum miraculum ea in processione ab Odorico Raynaldo recensitũ sub Gregorij Noni Pontificatu anno 1239. quod sequẽs est: *Adhuc autem* (inquit Anonymus vitæ Gregorij Scriptor) *spirans minarum, & cædis* (nimirum Fridericus II. Imperator) *Turrim dicti Petri Frangibilis Frangipanis, cuius potentia, Petri credebat humiliare*

Odor. in Ann. ad an. 1239. to. 13. fol. 530 col. 1. n 29.

Anonym. Vitę Greg. scriptor apud eumdem Odor. ibi. col. 2

pri-

primatum, ſumptibus proprijs refici procurauit; Verùm cum ſummum Pontificem apud Anagniam, æſtate media clementior aura ſuſciperet, Romanus Populus in Aſſumptionis glorioſæ Virginis Vigilia, Saluatoris Imaginem per Vrbis vicos ex antiqua conſuetudine deduxit; quæ dum in atrio poneretur Eccleſiæ, quæ S. Maria Noua vocatur, quaſi quietis beneficium receptura, blaſphemis quibuſdam conductis Friderici prædicti ſacrilega voce clamantibus: Ecce Saluator, veniat Imperator; turris in ignominiam Sponſæ Chriſti de ſãguine pauperum, & lacrymis viduarum è vicino erecta, mox euerſa funditus blaſphemãtium multitudinem, iudicio diuinæ vltionis, oppreſſit, vt quaſi non ſuſtinens Sal-

uatoris iniuriam insensibilis creatura, Creatori de hostium vindicta seruiret, & elementa muta cognoscerent, quem rationale animal nõ cognouit, ac iniuriam in suo susceptam Vicario Saluator ipse transire non videretur inultam. Ita Anonymus apud Raynaldũ.

XXIX. Nec prædicta dumtaxat miracula in præfata SS. Saluatoris supplicatione operata sunt, sed etiam singulis quibusq; annis aliud non vulgare quod est, prodigiosa ceræ in alendis luminibus, quę ad supradictam processionem prosequendã adhibebantur, perseuerantia; etenim notatum est, facum huiusmodi flammas per totã noctem accensas, haud solũ mi-

minimè cõſumpto, quinimo aucto plurimum nutrimẽto manè repertas, veluti monumenta Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ, Seueranus, Emin. Card. Raſponus, alijq; referunt, at hic ſolummodo Seuerani verba libet adducere, quæ talia ſunt: *Non ſi deue però laſciar di dire quello, che ſi legge della diuotione del medeſimo popolo in quella ſolennità, e della dimoſtratione, che faceua il Saluatore di gradirla, cioè, che ardendo tutta la notte le candele, che detto Popolo portaua, e poneua intorno à quella ſacra Imagine* (nimirum SS. Saluatoris) *molte di eſſe non ſi conſumauano, altre creſceuano di peſo, il qual miracolo ſuccedeua ancora nella Chieſa di S. Maria*

Monum. Lateră. Eccleſiæ apud Seuerã. loc. cit fol. 572. §. Si ſeguitò.
Seuerã. ibid. fol. 573. in princ.
Raſpõ. loc. cit. d lib 4. c. 19. fol. 377. in med.
Seuer. ibid. fol 572. d. §. Si ſeguitò.

Id. Seueran. ibid fol. 732. post princ. Beda de temp c. 15 Petr. Cluniac mirac. lib. 2. c. 30.

Maggiore, come si dirà à suo luogo. Ait ergo iterum sic: *Nè è da tacere quello che scriue Beda, e Pietro Cluniacense di questa solennità tanto grata allora alla Madonna Santissima, poiche (come afferma particolarmente il detto Pietro) soleuano i Romani preparare Cerei assai grandi per la festa dell'Assuntione, la quale celebrauano colla maggior solennità di tutte le feste dell'anno, e pesando prima detti Cerei in casa, li portauano la vigilia di essa festa, e li accendeuano la sera in onore della Vergine in questa Chiesa* (videlicet S. Mariæ Maioris) *doue stauano accesi ancora tutto il giorno seguente; poi ciascuno si riportaua il suo, e pesãdolo di nuouo si trouaua esser dell'istesso peso di prima, senza mancarui*

ui cosa alcuna. Il qual miracolo (soggiunge Pietro) non durò solo trè anni, come l'oglio della Vedoua, accresciutoli dal Profeta, mà era già continuato per cento, e più anni, e seguitaua tuttauia in tempo suo. Il che si poteua molto ben sapere, perche (dice Beda) che negli stessi Cerei si soleuano ancora scriuere gli anni correnti, come alcuni de i suoi, che erano stati in Roma, diceuano di hauer visto. Hactenus Seueranus. Etiam tempore Vrbani V. tale prodigium testatur Nicolaus Processi, vt sequitur: *Prodigium quod narratur experiui, scilicet, cerei quos portant in processionibus solemnibus cum dicta sacra Icona* (SS. Saluatoris) *in die Assumptionis B. Mariæ Virginis, sine ponderis diminu-*

Pro essi vbi sup fol. 45. col. 1.

tione miraculosè ardent.

XXX. Præfatam autem processionem annualem ex nostra Basilica ad Sancta Sanctorum in peruigilio Assumptionis gloriosissimæ Deiparę Virginis Mariæ, Alexander VII. summus Pontifex restituere decreuerat, vt Benedictus Millinus dicebat, maximè supplicibus exhortationibus eiusdem, sed ipsius Romani Pontificis obitus est in causa, quod res ad exitum perducta non sit; Cum verò ipsemet Alexander SS. Sacramenti Archiconfraternitatẽ in Sacrosancta Lateranensi Ecclesia per speciale breue erexisset cuius principiũ: *Pastoris æterni*, & finis. *Dat. Romæ apud*

Breue Alex. VII. asser. in Arch. Later. in Arm. XIV lit. C

apud S. Mariam Maiorem sub annulo Pisc. die 18. Iulij 1656. Pont. nostri anno II. ac postmodum Oratorio ęre pio pro ea constructo penes Scalam Sãctam, inibi in prædictæ processionis aliqualem commemorationem nũc celebratur dies festus Assumptionis Beatissimæ Virginis, vt pergentibus ad Filij Iconem colendã, præsto quoque Matris Effigies sit veneranda, cuius vetustissima, deuota, & miraculosa Imago ibidem culta, est ea ipsa quæ olim in præfata Lateranensi Ecclesia super Altare Præsepis extabat.

XXXI. Sequens etiam notatu dignum quidem est de SS. Saluatoris Imagine, quod

Processi loc. cit. ibid.

quod æuo Vrbani V. PP. Nicolaus Processi scripsit: *Obseruatum pluries comperio notatum (ait ille) vt quando aliquod maximum infortunium Christianitati, vel Vrbi euenire debet, oculi istius Sanctæ Iconæ facti sunt velut aqua pleni.* Idque etiam de

Casella loc. sup. cit.

anno 1598. Casella testatur, qui dicit: *Et io testifico, che essendo andato per l'vfficio mio la vigilia di Natale à far accendere i lumi l'anno 1598. ch'el teuere con tanta rouina andò per Roma, nell'entrare à vista della sagrosãta Imagine, pareua che gli occhi fossero due ampolline d'acqua, & altre volte in diuèrse maniere si manifesta.*

XXXII. Propterea maxima in veneratione habetur,

tur, & ſemper quando aliquod infortunium Chriſtianitati imminere videbatur, hanc SS. Imaginem ad ſacrũ aliquod templum proceſſionaliter deferre mos inualuit, Honoriuſque Tertius eam Athletam nuncupari conſueuerat, vt Caſella refert: *Mà Honorio Terzo la chiama Atleta, cioè publico difenſore*; Itaq; Paulus II. ſummus Pontifex anno 1470. ſupplicationem ad Lateranũ habuit quòd Turca Chalcidem, ſiue negropõtem oppugnaret, cui quidẽ proceſſioni ipſe cum Cardinalibus interfuit, & Imago SS. Saluatoris noſtra, alteraq; Dei Genitricis à Populo, Caput S. Ioannis Baptiſtæ, inſignio- *Id ibid.*

gnio-

gnioresque Vrbis Reliquiæ circumlatæ, vti Stephanus Infessura à Seuerano citatus, Emin. Card. Rasponus, & alij plures referunt.

Infessura in Diar. m. s. asseru. in Arch. Vat sig. n. 111 Seuer. vbi sup fol. 574 §. B parimente.
Rasp. *loc. cit. lib. 2. c. 13 fol 195. in fin. & lib. 4. c. 19 fol 374. ad fin.*

XXXIII. Itidem Leo X. summus Pontifex eamdem Sacratissimã Saluatoris Imaginem anno 1518. solemniter in supplicationibus deferre voluit vnà cum alijs Imaginibus, & Sanctorũ Reliquijs, sicuti Victorellus scripsit: *Leone X. l'anno 1518. à 14. di Marzo, per impetrar da Dio concordia trà Prencipi Christiani, & altro aiuto, contro la funestissima insolenza, e crudeltà di Selim Rè de Turchi, c'hauendo dopò la morte di dui Sultani, acquistato alla sua corona l'Egitto, e*

Victorel. lib. appell Gloriose memorie della B. V. p. 6. c. 16. fol. 380,

la

la Soria, minacciaua ceppi, e ésterminio à Christiani, ordinò trè processioni: (& vi andò egli, con piè nudi da S. Pietro alla Minerua) nelle quali volle, che fossero portate l'Imagini del Saluatore di Laterano, della B. Vergine del Tempio del Presepio, questa del Portico, & altre, con Reliquie de' Santi, e fù essaudito da Dio, perche Selim frà poco per pestilente canchero morì. Hæc ille. Prædictæ autem supplicationes habitæ sunt quarto, tertio, & pridie Idus mensis Martij, sed tertio Idus, nimirum die Sabbati SS. Saluatoris Imago ad Ecclesiã S. Mariæ super Mineruam delata fuit, quamobrem in Censuali Lateranẽsis Ecclesiæ huiuscemodi anni à Nico-

colao Spina Beneficiato Camerario ipsius Ecclesiæ confecto, legitur: *Solui duobus, &c. qui tulerunt sinichia in die Sabbati quando venit Saluator in Ecclesiam S. Mariæ super Mineruam.*

Ex libro m s. nuncup. Censuali in Arch Later fol. 77. à tergo.

XXXIV. Etiam Paulus Tertius in supplicationibus aduersùs Turcas, Sanctissimã Saluatoris Imaginem vti cælestis iræ conciliatricem deportari iussit, quapropter Blasius de Cesena scripsit: *Die 29. Iulij 1536. Pontifex vltra processiones generales, quæ diebus prioribus factæ fuerunt, voluit, & mandauit per nos Magistros Cæremoniarum vnà cum Reuerendiss. D. Gubernatore, & Vicario Vrbis ordinari processionem solemnem cũ paramẽtis, in qua ipse pedester vnà*

Blas de Cesena in Diar. m s. asser. in Arch. secr. Vatic. fol. 537. to. x. Diarior.

cum

cum Reuerendiss. DD. Cardinalibus, & Prælatis interuenire intendebat à Palatio S. Marci vsque ad Ecclesiam de Minerua, & quòd omnes Religiosi cum Crucibus, & Reliquijs interuenirent, & procederent, similiter Societates Laicorum & hospitalia cum solemnitatibus, & Reliquijs suis, & cum delatione Saluatoris ad Sancta Sanctorũ, & Imagine B. Mariæ Virginis in S. Maria Maiori, ac Capitibus Sanctorum, quæ in Vrbe sunt. Hæc ideo pro suffragijs implorandis contra Turcas, qui quotidie machinabantur contra Christianos, & multiplicabantur versus Italiam, & placata ira altissimi non deesset fidelibus suis. Ideo 2. Iulij 1536. in festo gloriosæ Visitationis B. Mariæ incipiendo ab

Ecclesia S. Laurentij in Damaso ad S. Marcum, & inde Pontifex ex S. Marco unà cum Cardinalibus & Prælatis in paramentis usque ad Mineruam, &c. Hæc ille. Itidem in Archiuo Societatis eiusdem SS. Saluatoris sic adnotatum est, videlicet: *sacratissima Imago Saluatoris ad Sancta Sanctorum de Vrbe ex cōmissione SS. D. N. Pauli Papæ III. die Dominico 1. Iulij 1537. fuit per DD. Guardianos, & Confratres Societatis huiusmodi, ac Clerum, & Canonicos Basilicæ Lateranensis delata ad Ecclesiam S. Mariæ super Mineruam; ubi pernoctauit cum alijs sanctis Reliquijs, & Imaginibus. Et die Lunæ sequenti facta processione generali, in qua interfuerunt prælibatus*

Ex Arch. Soc. ad Sancta Sanctor. ex lib. instrum. ab ann. 1530 ad 1538 fol. 223 in fin.

tus S.S.D.N. Papa, & Reuerendiß. Collegium Cardinalium, & finita Mißa Pontificali in dicta Ecclesia, deinde hora vigesima post vesperas, prælibata Imago reportata fuit. Ideoque Hieronymus Pimpinellus Canonicus à Secretis Lateranensis Capituli, in libro Decretorum ipsius Capituli sub die Sabbati pridie Kal. Iulij, de præfata supplicatione hæc inter cætera adnotauit: *Conclusum est vt cras hora 20. vnusquisque sit in Ecclesia paratus ab effectum associandi gloriosam Imaginem Saluatoris ad Aedem Diuæ Mariæ de Minerua vsque, in qua processione diuidi mandarunt, &c. necnon totidẽ in reductione dictæ Imaginis, quæ die Lunæ de sero erit, di-*

Ex Decr. Cap Later incipit. ab ann. 1535. vsq. ad 1539. inclus. fol. 74. in med.

uidantur. Ac ſub die Dominico ſequenti, Kalendis Iulij legitur: *Mandarunt omnibus intimari, quòd cras hora octaua conueniãt ad Eccleſiam S. Hadriani, inde ad Eccleſiam S. Mariæ Mineruæ iturí*; Die verò Lunæ ſexto Nonas eiuſdẽ ſcripſit: *Deliberauerunt quòd hodiè hora xxi. omnes ſint in eàdem Eccleſia cauſa reducendi Imaginem glorioſiſſimi Saluatoris ad Eccleſiam Lateranenſem*. Anno ſimiliter 1543. Pontifex idem fecit, vnde Andreas Victorellus ait: *E l'anno* 1543. *fece il medeſimo perche Dio benedetto legaſſe con legame di ſanta concordia gli animi de Principi fedeli, e laſciò nella Chieſa della Minerua tali Imagini vn giorno* (nimirum SS. Salua-

Ibid fol. 75. prope med.

Ibid. eod. fol. 75. à tergo in princ.

Victorel. ibid fol. 381. §. Paolo Terzo.

uatoris, B. Virginis Basilicæ Liberianæ,& S. Mariç in Porticu) *acciò il popolo restasse consolato.* Iulius autem Alphanus tunc temporis Canonicus Secretarius, die Iouis Idibus Decembris, de hac rè ita notauit: *Decreuerunt in his tribus processionibus fiendis de mandato SS. D. N. Gloriosam Imaginem Saluatoris associare, etiam in reductione eiusdem ab æde Diuæ Mariæ super Mineruam ad Ecclesiam nostram, &c.*

In Decr Cap. Later. incipit. à residuo ann 1539 usq ad 1544. inclus. fol. 110 à terg. post princ.

XXXV. Eidem Sanctissimç Imagini multa ornamẽta, ac bona à viris illustribus, summisque Pontificibus collata sunt, quorum tamen Catalogum breuitati studentes non describimus; attamen

nè res omnino transigatur, sequentes dumtaxat recensere statuimus, & primò Põtifices. Innocentius III. eam Imaginem argẽto clausit, auroque, gemmisque pretiosis fulgentissimis ornauit, prout ex supradictis patet, & Casella sequentibus hisce verbis dicit: *Ora seguitando il capitolo dell'Imagine del Saluatore, diremo che molti anni poi Innocentio Terzo fece il nuouo ornamento di piastre d'argento dorato, & ornato di molte gioie, e vi pose dentro Reliquie nobilissime* (quas supra enumerauimus) *e vi volle alla falda scolpito il nome suo.*

Casella vbi sup.

XXXVI. Similiter Eugenius IV. Pontifex maximus salutis anno 1431. creatus, huic

huic ſacratiſſimæ Imagini Roſam à Romanis Pontificibus annuatim Dominica 4. Quadrageſimæ, benedici ſolitam, religioſiſſimè obtulit, egregium erga illam ſuæ deuotionis, & obſequij monumentum.

Ex m. ſ. Arch. Later. introituum, & exitiuum eiuſdẽ Eccl. ſign. litt B. fol. 162. à tergo.

XXXVII. Itidem Clemens Papa huius nominis Septimus, ipſimet SS. Saluatoris Imagini Roſam auream benedictam obtulit, quare in Tabularij Lateranenſis libro ſic habetur: *Die 16. Martij 1532. ſolui pro purgatione plateæ quando venit proceſſio ad Lateranenſem Baſilicam cauſa Roſæ aureæ donatæ à Pontifice Saluatori noſtro ad Sancta Sanctorum.*

Ex lib. dicto della maſſa minuta anni 1532 fol. 116

XXXVIII. Etiam Beatus

Pius V. anno 1567. eidē Sanctissimæ Imagini Rosam alteram à se benedictā dedit, quā quidem Canonicus Camerarius Lateranensis Ecclesiæ consignauit Leoni Carpano Cappellano Basilicæ ad Sancta Sanctorum, præsentibus quamplurimis DD. Canonicis Lateranensibus, & DD. Angelo Palutio, ac Petro Paulo de Fabijs Guardianis Societatis eiusdē Sacræ ædis, cum obligatione restituendi ad omnē Prædictorum DD. Capituli, & Canonicorū requisitionem, veluti ex instrumento rogato à Iacobo Butio Notario Emin. Card. Vicarij sexto Kal. Ianuarij anno prædicto, quæ deinde anno

Ex Protocol. Instrum. in Arch. Lateran. n. 18. fol. 21.

1568.

1568. Decimoquarto Kalen. Februarij eidem Canonico Camerario, præſentibus, & aſſiſtentibus quampluribus DD. Canonicis Lateranenſibus, & conſentientibus dictis DD. Angelo, & Petro Paulo Guardianis reſtituta fuit, vt ex altero inſtrumēto ad hoc ſpecialiter ab eodem Iacobo confecto, atque rogato apparet.

Ex eod. protoc. ibid.

XXXIX. Præfatos autem ſummos Pōtifices imitatum fuiſſe Paulū V. habemus, ipſe enim aliam Roſam ſimilem Sacratam de more Dominica *Lætare*, venerabiliſſimæ prædictæ Imagini obtulit, veluti Andreas Victorellus hiſce verbis aſſerit: *Sacræ in La-*

Victorel. in add. ad Ciac. in Steph. III. col. 159. litt. B

Lateranensi S. Laurentij Sacello asseruatæ Saluatoris Imagini Rosam auream, Pontificio ritu consecratam, obtulit Pius V. & Paulus V. alteram, in qua legi.

Paulus V. Pont. M. ann. V.

Raspon. loc. cit fol. 375. in med.

Quod Eminentiss. Card. Rasponus, & alij referunt.

XL. Omnes insuper Romani Pontifices pro tempore existētes, annis Iubilei imminentibus, prædictæ Sacrosanctæ Imagini Sanctissimi Saluatoris palliū offerre consueuerunt, quare inter cæteros de Paulo III. in libris Lateranensis Tabularij hoc est adnotatum, idem legitur de cunctis ferè subsequentibus Pontificibus, vsque ad Vrbanum VIII. Innocentius verò

Ex lib. mas. min. an. 1549. fol. 69. à tergo

rò

rò X. vertente itidem anno Iubilei 1650. perpulchrum eidem SS. Saluatori pallium dedit, vt videre est, sicuti etiã præsentis anni Sancti initio SS. D.N. Clem. X. peregit.

XLI. Pallia etiam varia, & omnia magnæ æstimationis albi, rubei, cæterorumq; colorum serica, auroque cõtexta, Sanctissimæ Imagini plurimi Nobiles, dederunt, inter quos nouissimè Dux Caffarellus, Dux Mattheius, Marchio Io: Baptista Palumbara, Augustinus Maffeius, Fabius Celsus germanus frater Cardinalis Angeli Augustini Celsi, Franciscus Patritius, Gaspar Aluerus, & Vrbanus Millinus, qui cuncti fue-

fuere Sodalitatis SS. Saluatoris Guardiani dignissimi; idque etiam perpluries Romanus Populus fecit, imò antiquitus annuatim idem Populus Romanus culcitram eidem SS. Imagini offerebat, quamobrem Casella dixit: *A questo dunque* (nimirum SS. Saluatori ad Sancta Sanctorum) *ragioneuolmente si apparecchia il carro trionfale, come già alla statua della Vittoria d'oro nel tempo de Gentili, e perciò ogni anno si presenta il panno d'oro per ornamento del carro già dal reggimento del Popolo Romano de denari del commune, & ora della Camera Apostolica*; Vnde in Bulla Leonis X. quæ incipit: *Ex iniuncto nobis*, ac terminat: *Dat.*

Casel. loc. sup. cit.

Ro-

Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1521. Non. Maij Pont nostri anno nono sic legitur: *Necnon custodiam palliorum, qui per Romanum Pontificem pro tempore existentem singulis vigilijs festi Assumptionis B. Mariæ Virginis dictæ Imagini offerri consueuerunt*. Sed temporum iniuria à Pauli III. PP. dumtaxat ætate extant, cuius nunc septem tantum enumerantur, Iulij verò III. duo, Pij IV. quatuor, & sex B. Pij V. quo sedente supradicta processio mensis Augusti finem, iustis de causis, habuit; Mos tamē iste largiendi stragulam, seù culcitram (quam pallium vocat Bulla Leonis, quia thalamū Saluatoris coope-

Ex origin. diplomate in Arch. Later. in Arm. XIV sign lit A. n. 100. & ex lib. 10. secror. Leonis X. alias IV in Arch. secreto Vat. fol. 55.

Ex Inuentario Sacristiæ Later. nouissimo de anno 1665. fol. 27.

pe-

periebat,ac ornabat,vt inquit Casella) adhuc in viridi est, sed eam modo recipit à sũmo Pontifice pro tempore existente Lateranensis Ecclesia quæ in iura Basilicæ ad Sancta Sanctorum successit, Martinus enim V. eidem Lateranensi Ecclesiæ Basilicam istam perpetuò vniuit,vti cõstat originali diplomate ipsius summi Pontificis, cuius initium est: *Cunctis orbis Ecclesijs*, & finis. *Dat. Romæ apud S.Petrũ xiv.Kal.Iunij Pont.nostri an.* 6.

Casella vbi sup.

Ex Arch.Later.in d.Arm XIV. litt.A. n,80.

XLII. Multorum prætereа diuersi generis fidelium munificentia erga hanc SS. Saluatoris Imaginem illustris fuit,quos breuitatis ergo trãsigimus, & prætermisso Boso-

ſone Tiburtinę Eccleſiæ Prę-ſule, de quo ſupra, hos paucos ſequentes tantum recenſemus, atque primò Societatem ipſam SS. Imaginis. Hæc imminēte Iubilei anno 1550 argentum ornamentum ipſimet Sacroſanctę Imagini adiunxit, de quo ſic ait Caſella: *Et i Signori della Congregatione l'anno Santo del 1550. ornarono la ſagroſanta Imagine con una Cuppola d'argento dorato, &c.* Caſel. loc. cit.

XLIII. Crucem itidem argenteam, ac ſex cādelabra conſimilia, SS. Imagini præfatus Populus Romanus ſacrauit, octo autem maximi ponderis argenteæ lampades ex nonnullis priſcis rebus à diuerſis SS. Saluatori oblatis, con-

conflatæ dicuntur, præterea duo vasa argentea ab Augustino Maffeio supradicto, & duo alia maiora itidem argẽtea à prænominato Vrbano Millino Nobili Romano eidẽ SS. Saluatori dicata fuere.

XLIV. Cæterum considerantes aliqui Vrbis Proceres, quòd Mũdi Saluator cordis oblationem cupit, iuxta illud Prouerbiorum: *Præbe fili mi cor tuum mihi*, in signum, quod cor suum, & animam Saluatori Deo sacrarunt, quãplurima aurea corda, cũ suis nominibus ante ipsam Imaginem deuotissimè appenderunt.

Prouerb. c. 23 n. 26.

XLV. Hæc eadem Sacratissima Saluatoris Imago varijs

rijs Principibus, ac Nobilibus Personis iussu multorũ Romanorum Pontificum ostensa fuit, sed quia multus itidẽ esset noster sermo, de singulis narrationem protraherèmus, ideo dumtaxat sequens Clementis VI. præceptum de anno Iubilei 1350. adducemus, quod ex Vaticano secreto Tabulario depromptũ est videlicet.

Capitulo Ecclesiæ Lateranensis de Vrbe.

Cum dilectus filius nob. Vir. Arnaldus Vicecomes Caramagnen. gratia consequendæ Indulgentiæ Romam peregrinatur ad præsens videre Imaginem Saluatoris, & alias Reliquias quæ sunt in Sãcta Sanctorum desideret, & admodum af-

Ex Arch. secr. Vat. in Breuibus Cle. VI *ann. 9. fol. 131 n rub. 143.*

affectet, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus Imaginem, & Reliquias huiusmodi sibi pro nostra, & Apostolicæ Sedis reuerentia demonstretis. Dat. Auinion. 16. Kal. Octobris anno 9.

XLVI. Indulgentiæ autē, quas acquirunt fideles, dum aperta permanet Imago ipsa SS. Saluatoris, sunt sequentes videlicet: Romani, Campani, Marchiani, alijque de Prouincijs circumadiacentibus, verè pœnitentes, & confessi, quatuor annorum, ac totidē quadragenarum; Tusci, Apuli, & Lombardi quinque annorum, & quinque quadragenarum, Vltramontani vero, & maria transeuntes septē annorum, & septem quadrage-

genarum, idque ex Nicolai IV. conceſſione, diplomate anni 1291. quod per extenſum adducetur in noſtro de Indulgentijs Sacroſanctę Lateranenſis Eccleſiæ opuſculo, eiuſque initium eſt: *Inter Sanctorum agmina*, & finis. *Datum apud Vrbemueterem* 10. *Kal. Aprilis anno* 4. & ipſius formalia verba ſunt hæc: *Omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ad præmiſſam Baſilicam* (ad Sancta Sanctorum) *ſingulis diebus, in quibus ipſa ſacroſancta Icona aperta permanet Saluatoris, necnon, &c. Romanis videlicet, Campanis, & Marchianis, & alijs de Prouincijs circumadiacentibus, de omnipotentis Dei miſericordia, & eorumdem Apoſtolorum aucto-*

Ex Nic. IV. an 4. in Arch ſecret. Vatic. ſub fol. 20.

ritate confisi, quatuor annos, & quatuor quadragenas, Tuscis, Apulis, & Longobardis, quinque annos, & quinque quadragenas, Vltramontanis, & mària transeuntibus, septem annos, & septem quadragenas. Ioannes verò XXII. summus itidem Pontifex, vltra prædictam Indulgentiam, alteram etiam largitus est anno 1317. nimirum duorum annorum adstantibus in eius aperitione, vnius quotidie quandocumq; exposita fuerit, ac trium annorum, si eam processionaliter deportari contigerit, talis est Bulla Papæ.

Ex Arch. secr. V. 11 fol. 343. epist. 191.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis. Cum sanctos Dei in eorum Imaginibus,

&

& picturis, vt pro nobis intercedát ad Dominum deuotis supplicationibus veneremur, multò certè deuotiùs, multoque feruentius debemus, & tenemur ipsum Deum, & Dominum, ac Saluatorem nostrũ, & eum in suis Imaginibus reuereri, qui peccata nostra in suo corpore pertulit, & in sanguine suo nos ab æterna damnatione redemit. Ipse quidem licet de abundantia pietatis suæ, merita supplicum excedat, & vota, suisque fidelibus multò maiora retribuat, quàm valeant promereri; nihilominus tamen desiderantes reddere sibi populum acceptabilem, fideles eius ad obsequẽdum eum, quasi quibusdam allectiuis muneribus, indulgentijs videlicet, & remissionibus inuitamus, vt reddantur diuinæ gratiæ aptiores.

Cum itaque ſicut pro parte dilectorum filiorum Recommendatorum Imaginis Saluatoris in Baſilica ad Sancta Sanctorũ de Vrbe fuit nobis expoſitum, locus vbi eadem eſt Imago recõdita quam diuinitus fuiſſe depictam, piè creditur à multis, & quam veluti cæleſte chariſma Romanus Populus veneratur, certis ſit diebus apertus, & certis etiam de dicta Baſilica ad nonnullas ipſius Vrbis Eccleſias annis ſingulis cum plauſu, & multa celebritate dicti populi deferatur. Nos in tanta erga Deum populari deuotione quam augeri iugiter cupimus, delectati, ad laudem, & gloriam Saluatoris, et ad reuerentiam eiuſdem Imaginis, ac ad augendum deuotionem fidelium, & ſalutem, ipſorum etiam Recommendatorum

de-

deuotis supplicationibus annuentes, omnibus verè pœnitētibus, et cōfessis, qui ad dictā Imaginē causa deuotionis acceßerint, in die videlicet, qua locus eiusdem Imaginis, vt præmittitur, aperitur, duos; In portatione verò eiusdē Imaginis tres; In alijs verò diebus, quibus idem locus apertus steterit, vnum, annos de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, de iniunctis eis pœnitentijs misericorditer relaxamus. Datum Auenion. 5. Kal. Sept. anno 2. Sunt autem qui opinantur, quotiescumq; nunc èadem SS. Icon aperta steterit, omnium peccatorū remissionem Christianos adipisci, huiusque opinionis inter alios existunt Petrus Ful- *Fulu in lib° nun. up. Compend. del celeste, e diuino Tesoro c. 16. fol. 209.*

 uius

uius,& Archãgelus Caraccia.

Caraccia in opusc. cuius titulus: Instrutione per dire il SS. Rosario edition Fiorētina an. 1627 par. 2. c. 10. fol. 82.

XLVII. Dies verò quibus Imago iſta venerabiliſſima permanet aperta, ſunt ſequentes.

In peruigilio Natiuitatis D.N. Ieſu Chriſti poſt Miſsã aperitur, & clauditur die Dominico proximiore feſtiuitati S. Antonij Abbatis.

Sabbato ante Dominicã Palmarum, & in Dominica infra octauam SS. Corporis Chriſti fit eius clauſura.

In Vigilia Aſſumptionis B.V. Mariæ, & clauditur in Dominica poſt octauam; Anno verò Sancto durante, ſemper aperta permanet; De prædicta autem aperitione Sabbati ante Dominicam in

Ra-

Ramis, extat Vrbani V. summi Pontificis Sanctio, veluti ex ipsius sequenti epistola liquet, quam libet afferre videlicet. Ex Arch. secr. Vat. Vrb. V. ann. p. 2 & 3. ep. 10. de Cur.

Venerabili fratri nostro in spiritualibus in Vrbe Vicario qui est, & erit pro tempore salutē, &c. Apostolatui nostro existit reseruatū, quòd quamuis sacra Veronica, & nonnullæ Reliquiæ Sanctorū, quorum Corpora in Vrbe requiescunt Quadragesimæ, & alijs temporibus Romanis, & Romæpetis ostendātur, tamen Venerandissima Imago Saluatoris nostri, quæ est in Capella nostra apud Lateranensem Ecclesiam constituta, quæ dicitur Sancta Sanctorum, in Resurrectionis Dominicæ die qua Romæpetæ communiter consueuerant recessisse de Vr-

be, incipit demonstrari propter quod nonnulli Romæpetæ eamdem videre Imaginem cupientes, ipsius dolenter carent Imaginis visione: Quocirca eorum pijs desiderijs congruè satisfacere affectantes, fraternitati tuæ mandamus, quatenus ostensionem dictæ Imaginis singulis annis Dominica in palmis facias inchoari, & per totam maiorem hebdomadã ostensionem ipsam illis horis, quibus post dictam diem Resurrectionis huiusmodi ostensio fieri consueuit, & ex tunc continuare vsque ad diem solitæ clausuræ Imaginis supradictæ. Dat. Auinion. xv. Kal. Maij Anno 1.

XLVIII. Quæ autem ad ritum aperitionis istius Sanctissimæ Imaginis attinent, quia distinctè, & adamussim

ab

ab Eminentiss. Card. Raspono in eius egregio opere afferuntur, licet hic attexere ipsamet eiusdem Authoris verba, videlicet: *Memoratu verò in primis dignus est hodiernus aperiendæ, & fidelium oculis exponendæ Saluatoris Imaginis ritus per dies festos Natiuitatis, Passionisque, & Resurrectionis Domini, & B. Virginis Assumptionis. Manè siquidem post peractum Missæ sacrificium Canonici Lateranenses composito ad solemnem supplicationem agmine à Constantiniana Basilica procedunt iungentibus ad portam sese Romanis Patricijs sæcularium huius Oratorij redditũũ administratoribus, quos Guardianos appellant, seque ad Oratorium conferunt, antiphonam interea Alma Re-*

Raspon. vbi sup. fol. 383. prope med.

Redemptoris, aut Salue Regina, aut aliam pro temporis opportunitate ab Ecclesia vsurpatam canentes; agmen claudit Canonicus Presbyter sacrificij munere eo die perfunctus, qui ad Aram ipsius Oratorij accedens in genua procumbit, latera tegentibus duobus Beneficiatis Presbyteris, Vicario autem Archipresbyteri vnà cum vetustissimo Canonicorum inter duos quos diximus, Guardianos pone, sed proximè sequente, & post eos reliquo Capitulo in duos ordines per stalla distributo, deinde consurgens accepta à Canonico Camerario venerabilis depositi claue, accedit ad tabernaculum, & clara voce huiusmodi Antiphonam pronunciat.

Saluator Mundi salua nos omnes huius Aulæ seruulos, et Præ-

cur-

curſoris inclyti, Diſcipulique dilecti deuota memoria vota noſtra perducat in Patriam.

Sequitur Cantorum Chorus.

℣. *Saluos fac ſeruos tuos.*

℟. *Deus meus ſperantes in te.*

Inter quorum modulationem ipſe Sacerdos thecam imaginis reſerat, deinde recitat collectam ab antiquiſſimo tempore in Eccleſia Lateranenſi quotidiè ſolitam recitari, eſt autem huiuſmodi.

Oremus. *Omnipotens ſempiterne Deus, qui hanc ſacratiſſimā Conſtantinianam Baſilicā in Tuo, & vtriuſque Ioannis nomine dedicatam, Cunctarum Vrbis & Orbis Eccleſiarum decoraſti Primatu; concede nobis famulis tuis; vt amborum meritis & precibus à noſtris reatibus expiati, ad te Salua-*

torem noſtrũ peruenire valeamus.

Abſoluta collecta, eodem ordine, quo ventum eſt ad Eccleſiam Lateranenſem Sacerdos celebrans, & Canonici eum deducentes ſe referunt, pſalmum centeſimum trigeſimum primum inter incedendum canentes, cuius initium Memento Domine Dauid ſera autem, & vectis tabernaculi ſic reſerati à Magiſtro ceremoniarum, ad Sacrariũ Lateranenſe defertur, ibique vſque ad diem obſerationis, eodem rurſus ritu adminiſtrandæ cuſtoditur. Hactenus Card. Raſponus, cuius narrationi aliquid addere ferè piaculum eſſet, quippè quæ nihil prorsùs relinquat ad exactam rei notitiam deſiderandum. Porrò tantus Heros, ac adeò propensè in

eam-

eamdem Sanctiſſimi Saluatoris Imaginem affectus dũ hoc clauderetur opuſculum, non ſine noſtris, ac Vrbis totius lacrymis diem clauſit extremũ nobis abreptus ad Cæleſtium conſortia euolauit, ipſique quem dilexit (ſicut credere fas eſt) vnitus eſt Saluatori, cui honor, & gloria in æternum Amen.

INDEX
Præcipuarum Materiarum.

go

Buc-

Ec-

Ima-

Ni-

Redemptoris, aut Salue Regina, aut aliam pro temporis opportunitate ab Ecclesia vsurpatam canentes; agmen claudit Canonicus Presbyter sacrificij munere eo die perfunctus, qui ad Aram ipsius Oratorij accedens in genua procumbit, latera tegentibus duobus Beneficiatis Presbyteris, Vicario autem Archipresbyteri vnà cum vetustissimo Canonicorum inter duos quos diximus, Guardianos ponè, sed proximè sequente, & post eos reliquo Capitulo in duos ordines per stalla distributo, deinde consurgens accepta à Canonico Camerario venerabilis depositi claue, accedit ad tabernaculum, & clara voce huiusmodi Antiphonam pronunciat.

Saluator Mundi salua nos omnes huius Aulæ seruulos, et Præ-

cur-

cursoris inclyti, Discipulique dilecti deuota memoria vota nostra perducat in Patriam.

Sequitur Cantorum Chorus.

℣. *Saluos fac seruos tuos.*

℟. *Deus meus sperantes in te.*

Inter quorum modulationem ipse Sacerdos thecam imaginis reserat, deinde recitat collectam ab antiquissimo tempore in Ecclesia Lateranensi quotidiè solitam recitari, est autem huiusmodi.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui hanc sacratissimā Constantinianam Basilicā in Tuo, & vtriusque Ioannis nomine dedicatam, Cunctarum Vrbis, & Orbis Ecclesiarum decorasti Primatu; concede nobis famulis tuis; vt amborum meritis & precibus à nostris reatibus expiati, ad te Salua-

torem nostrũ peruenire valeamus.

Absoluta collecta, eodem ordine, quo ventum est ad Ecclesiam Lateranensem Sacerdos celebrans, & Canonici eum deducentes se referunt, psalmum centesimum trigesimum primum inter incedendum canentes, cuius initium Memento Domine Dauid sera autem, & vectis tabernaculi sic reserati à Magistro ceremoniarum, ad Sacrariũ Lateranense defertur, ibique vsque ad diem obserationis, eodem rursus ritu administranda custoditur. Hactenus Card. Rasponus, cuius narrationi aliquid addere ferè piaculum esset, quippè quæ nihil prorsùs relinquat ad exactam rei notitiam desiderandum. Porrò tantus Heros, ac adeò propensè in

eam-

eamdem Sanctissimi Saluatoris Imaginem affectus dũ hoc clauderetur opusculum, non sine nostris, ac Vrbis totius lacrymis diem clausit extremũ nobis abreptus ad Cælestium consortia euolauit, ipsique quem dilexit (sicut credere fas est) vnitus est Saluatori, cui honor, & gloria in æternum Amen.

IN-

INDEX
Præcipuarum Materiarum.

go

Buc-

Ec-

Ima-

Ni-

Pri-

Ve-

FINIS.

Adimplebis me lætitia cum VVLTV tuo
Psalm. 15. *vers.* 10.